

Universitätsbibliothek Wuppertal

Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

Chamier, Daniel

Frankfurt, 1627

Liber undecimus, De oecumenico, utrum Petrus fuerit pontifex
oecumenicus

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-914](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-914)

Καθολικῆς ἐκκλησίας εἶπεν. Sic in gestis Collationis Cathagini habitæ Honorii Cælaris iussu, subinde hæc occurrunt, Aurelius Episcopus Ecclesia Catholica: Fortunatianus Ecclesia Catholica Episcopus: Augustinus Episcopus Ecclesia Catholica. Sozomenus, libro octavo, capite primo, asserit Sisinium Nouatianorum Episcopum, Ecclesiæ Catholicæ Episcopis gratum fuisse. Epiphanius hæresi 61. de Photino hæresiarcha; Ἐπισκοπὴ τῆς ἀγίας Καθολικῆς ἐκκλησίας: Factus est Episcopus sanctæ vniuersalis Ecclesiæ. Et potuerunt sane hoc modo vniuersales Episcopi dici, id est, Catholici: vt in Actis Synodi Ephesinæ Celestinus scribens ad Nestorium, vocat Atticum Constantinopolitanum Ἐπίσκοπος Καθολικῶν. Et ad Constantinopolitanos, meminit τῶν ἱερῶν Καθολικῶν.

XXVII. Vt autem magis pateat, quo sensu Romani Episcopi, sese Ecclesiæ Catholicæ dicere Episcopos, addebant plerumque nomen vrbs. Damasus ad Stephanum Archiepiscopum, sic habet: Damasus seruus seruorum Dei, atq; per gratiam eius, Episcopus sanctæ Catholicæ Ecclesiæ vrbs Romæ. Quemadmodum in gestis collationis Carthaginensis, Aurelius Episcopus Ecclesiæ Catholicæ Carthaginensis. Sozomenus lib. 2. c. 24. Callinicum vocat Episcopum Ecclesiæ Catholicæ, quæ est in Pelusio. Concilium Nicænum apud Socratem lib. 1. c. 6. nominat Episcopos Catholica & Apostolica Ecclesiæ, qui sub Alexandro erant. Epiphanius in Melerianis, eos sic asserit vocatos: Ἐπίσκοποι τῆς ἐν Τιβερίᾳ ἐπιτοκίας τῆς Καθολικῆς ἐκκλησίας: à Meletio quodam facto in Tiberiade Episcopo vniuersalis Ecclesiæ.

XXVIII. Ex his igitur exemplis constat omnes dici posse Ecclesiæ Catholicæ, siue vniuersalis, Episcopos, qui præfunt vni alicui Ecclesiæ, quæ non sit hæretica. Hoc autem sensu, is dicitur Ἐπίσκοπος Καθολικός. At quo sensu offendebatur Gregorius, dicebatur Ἐπίσκοπος Οἰκουμενικός. Illud nomen antiquum est, & longe ante Gregorii tempora vsuratum. Hoc vero nouum, & vix affectatum ante Ioannis Constantinopolitani tempora: quem propterea Gregorius accusat nouæ superbitiæ, & præsumptionis, & noui nominis inuecti. Ad hæc cum Gregorius negaret vltos suos decedentes vsos esse hoc vniuersalis, nomine: & legisset tamen, vt nos cum Bellarmino fatemur, plures se inscripsisse Episcopos vniuersalis Ecclesiæ: necesse est Gregorium, aut insigniter mentitum, aut non putasse vtrumque idem esse, quod est verius.

FINIS LIBRI DECIMI

LIBER VNDECIMVS, DE OECUMENICO, VTRVM PETRVS FVERIT PONTIFEX OECUMENICVS.

Caput .I.

STATVS QVÆSTIONIS.



THESES quidem de Oecumenico Pontifice hæcenus tractata esto. Quæ potuit futuris Controversiis aniam præcidere. Nam si nullam Christus instituit summum, vel potius Oecumenicum Pontificem, cui omnium Ecclesiarum sic curam traderet: vt etiam Pastores omnes eius auctoritati subiceret: tum quis non vider, frustra deueniri ad hypothesein, & inquiri quis is sit, qui hac tanta auctoritate utatur, frustur? Sed enim quia multa profere

runt adhuc aduersarii ad hanc hypothesein confirmandam; atque hinc præscribunt etiam contra thesin: ne (vt solent etiam ex minima occasio. ne magnos triumphos captare, & sibi plausus excitare) calumnientur nos ea argumenta dissimulare, quæ soluere non possumus: necesse est hanc etiam partem non abire intactam.

II. Habet autem hæc hypotheseis partes duas. In priori quæritur, de primo Oecumenico Pontifice, quem à Christo collocatum Papistæ volunt in hoc tam excelso solio. In altera, de eius primi successoribus, ad hoc vsque tempus. Et in priori quidem diserta est Papistarum asseritio, Petrum Apostolum ea teris omnibus Apostolis prælatum, à Christo plenam summamque administrandæ Ecclesiæ auctoritatem accepisse; atque adeo institutum fuisse Pontificem Oecumenicum. Cui asseritioni omnes Catholici constanter contradicunt. Caluinus Institutionis lib. 4. cap. 6. Sadeel contra Turrianum loco 2. 3. 4. Iuellus contra Hardingum attic 4. Matthæus Sutliuius de Pontifice Romano lib. 2. Witakerus de Pontifice Romano, quæst. 2. Danæus, Iunius, Tilenus in Bellarminum, ad hanc controuersiam. S. brandus de Pontifice lib. 2. & 3. Riuetus Catholici Orthodoxi. tract. 2. quæst. 4. Marcus Antonius de Dominis, libro 1. de Ecclesiastica Republica.

III. Papistæ: Bellarminus de Pontifice, libr. 1. cap. 10. & sequent. Franciscus Cordubensis Annotationibus de Ecclesia artic. 2. cap. 110. & proximis duobus. Canus locorum communium lib. 6. ca. 3. proposit. 1. Pighius Monarchiæ libr. 3. à capite 2. vsque ad 11. Gregorius de Valentia Analyseos libr. 7. Et Commentariorum in Thomam tom. 3. disputat. 1. quæst. 1. punct. 7. quæst. 5. Polus de Vnitare Ecclesiæ, lib. 2. Turrianus pro Epistolis Decretalibus libr. 2. cap. 4. & seqq. Stapletonus toto libr. 6. de Principiis: & in Relezione Controuersiæ Capitalis 3. quæst. 1. Ioannes Eckius libris tribus de Primatu Petri. Arboreus Theosophiæ libr. 1. cap. 25. Petrus Auratus Paradoxo 70. Franciscus Agricola, tractatu de

XXIX. Quarta obiectio: Gregorius vsus est eo iure, quod est vniuersalis Episcopi, & agnoui etiam suos prædecessores vsos. Nam & Romanum Pontificem dicit Constantinopolitanæ Synodi acta rescidisse, & Constantinopolitanum ne rem diuinam faceret, prohibuisse. Hæc Hayus. Sanderus addit, exercuisse Primatum in Ecclesiis, Italia, Sicilia, Corsicæ, Sardinia, Africa, Hispania, Angliæ, Gallia, Dalmatiæ, Græciæ, Corcyra.

XXX. Respondeo: multa quidem fecisse, quæ excederent vniuersalis Episcopi fines, pro more non tantum quorundam, quibus successerat, sed etiam Patriarcharum qui inter se orbem vniuersum distribuuerant. Sed primum nego attendendum quid fecerit ex præscriptione peruetæ consuetudinis: sed quid potius docuerit conforme auctoritati Scripturarum. Ex doctrina enim mores corrigendi sunt semper: non ex moribus doctrina corrumpenda.

XXXI. Deinde nego Gregorium gessisse se pro Oecumenico: vt enim cætera omnia concederentur, tamen non prætulit se Imperatori, quod tamen ipse notauit necessario sequi. Contra non potest humilius, abiectiusve ad Imperatorem scribi, quam is scripsit; eius se dicens serenissimis iussionibus obedientiam præbere, Epist. 32. lib. 1.

XXXII. Ad Hayi exempla respondeo: Constantinopolitani Concilii acta cassata, non arguere Oecumenicum: quæ de re latius disputari fuerit alias. Gregorium autem prohibuisse, ne Ioannes rem diuinam faceret, potius non legit Hayus; sed à seipso commentus est. Hoc tantum Gregorius scriptum reliquit Epistola trigesima octaua libri quarti: Pelagium prohibuisse Diaconum, quem iuxta morem ad vestigia Dominorum transmiserat, Missarum solennia celebrare, cum Ioanne. Quod quantum abest, quæso, ab eo quod Hayus assererat? Non enim Ioannem prohibuit Missarum solennia celebrare: sed suum Diaconum nec cum eo celebraret, quod erat negatæ communionis iudicium, satis frequens tum temporis, atque adeo ab aliis Episcopis sæpe vsuratum: Sed & quas prouincias Sanderus enumerat; hæc pertinent ad distributionem Ecclesiarum; in varios Patriarchas. Nam & Constantinopolitani, plurima similia obserues gestain suis prouinciis; vt videre est in Corpore Iuris Græco-Romani.

Primatu Petri. Et his antiquiores Ioannes de Turcremata, de Ecclesia lib. 2. c. 5. & seqq. Thomas Waldensis Doctrinalis tom. 1. lib. 2. art. 1.

CAP. II.

Petram Ecclesiæ, non esse Petrum.

Petra, super quam Christus pollicetur se ædificaturum suam Ecclesiam, est Oecumenicus Pontifex. At Petrus Apostolus, erat ea petra. Ergo Petrus Apostolus fuit Oecumenicus Pontifex. Assumptio probatur ex Matthæi 16. Iesus interrogauit discipulos suos, dicens, Quem me dicunt homines esse, Filium hominum? Illi vero dixerunt: alij quidem Ioannem Baptistam, alij vero Eliam, alij vero Ieremiam, aut vnum ex Prophetis. Dicit eis: Vos autem, quem me dicitis esse? Respondens vero Simon Petrus, dixit, Tu es Christus ille, Filius Dei viuens. Tunc respondens Iesus, dixit ei: Beatus es, Simon Bar-jona: quia caro & sanguis hæc non retexit tibi, sed Pater meus, qui in cælis est. Sed ego dico tibi, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & porta inferorum non superabunt eam.

II. Argumentum est apud aduersarios decantatissimum. Catholici autem respondent: primo ad Minorem: secundo ad Maiorem. Ergo negatur Minor. Quia, cum nominauit Christus Petram, non intellexit Apostolum, qui deinceps appellatus est Petrus. Quod multis argumentis doceo.

III. Primum esto, ex ipso contextu: quia sensum Christi his verbis Euangelista voluit expressum: οὗ ἐπέκειντο, ἢ ἐπὶ τῶν τῆς πέτρας οἰκοδομησὶ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: quibus diserte Petrus distinguitur à petra, cum persona, tum genere: quod esset absurdum, si de vno Petro vtrumque membrum esset intelligendum. Debuerat sane potius dici, Tu es Petrus, & super te Petro, ædificabo. Et vero nullum potest simile proferri exemplum.

IV. Secundum: quia non potest de eodem dici Nomen & Denominatū. Non. n. idem est lapis & lapideus: fides & fidelis: Grammatica & Grammaticus. Est vero Petra nomen, vnde Petrus denominatur. Itaque, perinde faciunt Papistæ, ac si quis diceret, Aristotelem esse Dialecticum: & Dialecticam esse organum scientiarum: ergo Aristotelem esse organum scientiarum. Tam enim differt Petrus à Petra, quam Dialecticus à Dialectica: nempe, quia vtræque sunt παράρρησις. Augustinus tract. 124. in Ioannem: Ecclesia fundata est super petram, vnde & Petrus nomen accepit. Non enim à Petro Petra, sed Petrus à Petra: sicut non Christus à Christiano: sed Chri-

hominem. Tertio Apostolos & Prophetas. At nos negamus præter Christum vllum agnosci a Catholicis fundamentum Ecclesie proprie dictum. Est enim Mediatoris proprium. Nos vero præter Scripturam huiusmodi mysteria asserere pudet: multo magis quam olim Athanasium pudebat Patrem dicere ingenitum: tacente Scriptura. Dispar enim ratio. Nam ingenitum Patrem, si non nominavit, ac certe designavit Scriptura. Fundamentum autem tale Ecclesie Deum, puta Patrem, aut Spiritum, nos nunquam legimus. De Apostolis & Prophetis, similiter paulo post sumus negaturi.

XXI. Bellarminus asserit Paulum non loqui de quocunque, sed de primario fundamento Ratio: quia alioqui pugnaret secum: Nam ad Ephes. 2. Superadificati (inquit) super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Et Ioanni repugnaret, qui Apoc. 21. describit fundamenta duodecim in ædificio Ecclesie; & explicat per fundamenta Apostolos designari. Summa solutio est, distinguendum fundamentum in primarium & secundarium. Christum vnicum esse fundamentum primarium: sed Petrum esse secundarium.

XXII. Sed Pauli disertiora verba sunt, quam ut eludi possint. Nam si distinguitur fundamentum, in vnum primum, & aliud secundarium; necesse erit fateri: fundamentum esse aliud & aliud. Nominato ergo vno, necessario ille falsum dixerit, qui negavit aliud vllum dari posse: quæ Pauli non mens tantum, sed & diserta verba sunt, Fundamentum aliud nemo potest ponere. Quod si hanc fundamenti distinctionem aufisset, aut probasset, eum oportuerat dicere, fundamentum aliud primum nemo potest ponere: quod ille tamen nusquam dixit.

XXIII. Contradicere aut sibi, aut Ioanni, falsum. Nam cum fideles dicuntur fundari super fundamentum Apostolorum & Prophetarum; non intelliguntur ipsi Apostoli & Prophetæ esse fundamentum: sed Christus eorum ipsorum & Apostolorum, Prophetarumque fundamentum: siue, quod idem est, doctrina, quam Ecclesie proposuerunt pro fundamento Apostoli, & Prophetæ: quomodo architecti plures si de periticia certarent, suum quisque fundamentum ostentaret? Ambrosius: Hoc est supra Nouum & Vetus Testamentum collocati: quod enim Apostoli prædicauerunt, Prophetæ futurum dixerunt Et paulo post. Nam Apostoli fundamentum iecerunt: unde dicit Dominus ad Petrum, Super istam Petram ædificabo Ecclesiam meam, hoc est, in hac Catholica fidei confessione statuo si tales ad vitam. Primarius: Fundamentum Apostolorum & Prophetarum Christus est, quæ etiam lapis dicitur angularis: ut scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, duos parietes coniungens & continens. Et fundamentum autem & summus: quia in ipse & fundatur, & consummatur Ecclesia. Anselmus: Id est, super fidem Christi, super quam primo fundati sunt Apostoli, & Prophetæ. Christus enim fundamentum est totius diuini templi, vel diuine ciuitatis: quia ex eo, & ex eius fide, & gratia inchoant omnia bona, & ipse totum spirituale portat ædificium. Ipse ergo est fundamentum Apostolorum & Prophetarum, quia super illum incumbunt, & firmi permanent Apostoli & Prophetæ, qui tota deinde fabrica sancti ædificij portant. Ipse est fundamentum, id est, fides eius est prima firmitas & initium ad sustentaculum omnis ædificij virtutum ac honorum operum: Lombardus: Id est super Christum, qui est fundamentum, præter quod nemo potest aliud ponere. Vel super fundamentum, id est, doctrinam Apostolorum & Prophetarum, id est super Nouum Testamentum, & Vetus. Thomas Caietanus: Metaphoricus est sermo. Et quod dicit super fundamentum Apostolorum & Prophetarum: intellige formaliter, hoc est, super Christum seu Deum, quatenus est fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Vere enim non sumus fundati super Christum immediate: sed quatenus ipse sustentat Apostolos & Prophetas, hoc est, mediantibus Apostolis & Prophetis, mediante doctrina ministrata per Apostolos & Prophetas. Gagnanus: Id est, fidem à Prophetis prædicatam, & ab Apostolis prædicatam. Hæc illi; quibus consentit Glossa interlinearis: & Lyranus. Sed & Iesuita Vasquez in Secundum 2. di. 2. c. 7. Non Apostolos & Prophetas intelligit, sed fidem illorum ab eis scilicet prædicatam & annunciatam. Item Guillaudus: Super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, id est, quo Apostoli & Prophetæ & sancti quilibet, cuiuscumque ordinis illi fuerint, nituntur: Christus est. Sibi ergo consentit Paulus.

XXIV. Quod vero ex Antiquis nonnulli malunt ipsos Apostolos & Prophetas fundamentum dici: primum non recte locum explicant: & male Thomas eos præfert. Nam contra faciunt, quæ sequuntur, Cuius imus angularis lapis est Christus, in quo totum ædificium congruenter coagmentatum crescit, ut sit templum sanctum Domino: in quo & vos una ædificamini, ut sitis habitaculum Dei per Spiritum. Enimvero absurdum est, ut super alio fundati in alio crescere dicantur: nec minus, ut ipsi quidem Apostoli & Prophetæ, fundamentum constituantur; ipse autem Christus tantum lapis ad angulum, id est, pars fundamenti; quamuis præcipua Adde hæc disertiora, quam ut eludi possint. In quo & vos una ædificamini, ut sitis habitaculum Dei. Nam certe habitaculum in fundamento ædificari ipsa natura docet.

XXV. Iam de Apocalypsi quid dicam? Magnum mendacium apud Ioannem, per duodecim fundamenta Apostolos intelligi. Nam si duntaxat, Apostolorum nomina inscripta duodecim fundamentis Ecclesie dicit. Quæ etsi multi sic intelligant, quasi ipsi Apostoli dicantur in fundamenta: tamen alij etiam exponunt de ipsa doctrina, in qua docenda Apostoli strenue laborauerunt. Haimo: Et in ipsis fundamentis, hoc est, in iude Patriarcharum & Apostolorum nomina duodecim Apostolorum. Lyranus: Dicuntur autem nomina Apostolorum in ipsis fundamentis scripta, quia primo publicarunt fidem Christi prædicando & pro ipsa moriendo. Hæc illi. Et facili intellectus: quia solent in ædificiorum molibus, maximisq; operibus inscribi architectorum nomina.

XXVI. Porro qui dicunt Apostolos esse fundamenta, non aliter intelligunt, quam, quia in fundamentum iecerunt: nempe Metonymice: vnde Nazianzenus in Oratione de Modestia in disputationibus, idcirco Petrum ait dictum fuisse petram, quod eius fidei concredita sint Ecclesia fundamenta. Et Basiliius lib. 2. contra Eunomium: ἰσὶ τῶν τῶν οὐροῦ μίλων ἡ κλησίας δεξιάδοροι, quod in se receperit ædificationem Ecclesia. Aretas in hunc Apocalypsicis locum; fundamentum appellatos explicat, αἰς τῆς κτλ. Χριστὸν πιστῶς τῶν ἁποστόλων αὐτῶν κατὰ τὴν ἰδέαν. ut qui ipsi subtrauerint fidei fundamentum. Ergo figurate, quatenus lolet efficiendi causæ tribui nomen ef-

fecti At Christus proprie: quia in eo crescat totum ædificium. Non igitur contrarius Paulus Ioanni. Cum autem dixit Christus se ædificaturum Ecclesiam super Petram; non agebat de fundamento Ecclesie metonymico, siue ministeriali: sed proprio: ideoq; non dixit, super hanc Petram tu ædificabis Ecclesiam, ut erat necesse, si quidem proprium est fundamenti ministerialis, iacere fundamentum, id est, ædificare: sed dixit, Ego ædificabo: ut se ostendat loqui non de ministerio & laboribus Petri, sed de sua vritute.

XXVII. Sic frustra Bellarminus pugnat Stapletonus paulo aliter, Petrum non esse aliud fundamentum specie, vel toto genere distinctum à Christo: quale est, qui Christo aperte aduersatur; sed esse alterum fundamentum, eiusdem quidem generis, sed accidente differens: quum sit Christus fundamentum principale, absolutum, atque vitale: Petrus vero, subordinatum, participatum, & ministeriale. Paulum autem dixisse ἄλλο, non ἕτερον: aliud, non alterum.

XXVIII. Respondeo: primo differentiam inter ἄλλο & ἕτερον, esse commentitiam. Vsurpatur enim ἄλλο, non tantum pro diuersitate generis: sed etiam, & quidem sæpissime, pro pluralitate indiuiduorum. Exempla ubique obuia. Matthæi 4. εἶδεν αὐτὸν δύο ἄδελφοὺς, Vidit alios duos fratres. Marci 3. ὁρῶντες τὸν ἰησοῦν αὐτὸν ἔβλεπον ὡς ἄλλο, Conspicitur est manus eius sana, ut alia Ioannis 5. ἄλλο ἕτερον ἔμενον ἄλλοι, alius ante me descendit. Et hoc ipso textu ὡς σὸς φῶς ἀρχαῖον τῶν θεμελίων τῶν οὐρανῶν, ἄλλο ἕτερον ἔπορευον: ut peritus architectus fundamentum posuit: alium vero superadificat. Et notant Grammatici ἄλλο de pluribus, ἕτερον proprie de duobus dici: et si vsus confundat. Viderit ergo Stapletonus, vtro modo hic sumat: nam vtrius, commentitia erit differentia.

XXIX. Deinde contextus ipse seipsum satis explicat. Non enim simpliciter Paulus dixit, Nemo potest aliud fundamentum ponere: sed addidit præter id quod positum est, quod est Iesus Christus: quo satis ostenditur agi de fundamento indiuiduo, cui Christus sit indiuiduus. Quare intelligendus Paulus, negare, præter vnicum & indiuiduum fundamentum, quod ipse posuerat, nempe Christum, posse vllum dari Ecclesie fundamentum aliud, non tantum, non specie, siue genere, sed ne numero quidem.

XXX. Tertio: quoniam quæso sensu Stapletonus affirmare potuit esse fundamenta eiusdem generis, & speciei tantum numero differentia, & accidente, Petrum & Christum? Nam quia fundamentum proprie, id est, super quo ædificiū crescit: metonymice autem, & architectus, à quo iacitur fundamentum; fieri non potest, ut fundamentum & architectus sit vnum specie, aut genere. Nam ἑμὸν μὲν nihil habent commune præter nomen: ut Taurus astrum, & Taurus mons. & Taurus animal. Definuntur autem ὡς ὄνομα μόνον ἢ ὡς τὸν λόγον τῆς οὐσίας ἕτερον: quorum nomen solum commune: at secundum nomen definitio essentialis alia. Certe si ὄνομα ἕτερον alius est; oportet magis differre, quam numero siue accidente.

XXXI. Tum autem Stapletonus pugnantia loquitur. Nam differentiam statim sic notat, ut alterum sit principale, absolutum, & vitale: alterum subordinatum, participatum, & ministeriale. At hæc sunt non accidentium, sed naturarum differentia, & generum. Non potest enim eiusdem generis esse, potestas absoluta cum participata, principalis cum subordinata; vitalis cum ministeriali. Quemadmodum non est eiusdem generis lux Dei quæ absoluta, & lux hominum quæ participata: Potestas regis principalis, & officiarum subalternata. Quid? quod ipse sui obliuiscitur? Nam hæc eius verba sunt in Relectionib. Controu. 3. quæst. 1. art. 1. conclus. 3. Ostendit Christus Petrum fore non quemlibet architectum, aut Pastorem Ecclesie sua, sed plane primum & fundamentale quoddam in genere suo quale Christus est in alio genere. Audin? Petrum in suo genere fundamentum, Christum in alio? Et qui id asserat, idem neget genere differre? idem asserat tantum numero, tantum accidente differre? Monstruolum ingenium!

XXXII. Deniq; sic Antiqui locū intellexerunt, ut agatur de Christovnicō & indiuiduo fundamento. Hieronymus: Non est alius Christus quæ p. sit nobis aliquis prædicare, præter Iesum, cui fide firmissima credidisti. Theodor. Neque aliud potest iacere fundamentum, qui vult sapienter ædificare. Christus est fundamentum. Chrysostomus: Θεμελίον ἕτερον, ὡς κληρὸν ὡς μὲν τὸ μὲν ἕτερον μίσην ἢ μὲν τῶν Χριστῶν ὡς ἰσὶ τῶν οὐρανῶν, ὡς ἄλλοι μὲν ἕτερον ἕτερον ἕτερον. Fundamento habitaculum, ut palmis viti, & inter nos & Christum nihil. Iste mediū: Nam si medium sit aliquid, statim perimus. Occumenius: οὐκ ἔστι ἄλλο ἕτερον, εἰ μὴ Χριστὸς, ὁ ἕτερον ἕτερον. Non est aliud fundamentum præter Christum, quem annunciat Lyranus: Solus Christus, vel fides ipsius, est fundamentum.

C A P. III.

Ecclesia Petram esse Christum.

I. Errant ergo qui Petrum Apostolum interpretantur Petram, super qua fundatur Ecclesia. Sed enim, quomodo igitur eum locum exponamus, quæ rat aliquis. Nos vero respondemus non à nobis, sed à Patribus, qui eidem præuere. Atque hoc quidem tanto prolixius enumeraturi, quanto insolentius aduersarij iactant in huius loci expositione, suam esse totam Antiquitatem. Nam Ianfenius, Communiter, inquit, etiam ab antiquissimis & omnibus Catholicis, per petram hanc, Petrus ipse intelligitur. Et postea nominat eōcordem omnium Patrum interpretationem. De Valentia: Ita locum illum vniuersi Patres interpretati sunt: neque prorsus dubitant, quin Petrus ibi petra dictus à Christo sit. Esti vnus quidem excipiens sit Augustinus. Agricola constare ait non aliter orthodoxos Patres ea verba intellexisse, quam hodie quoque intelligat & interpretetur Ecclesia Romana. Bozium 18. de Signis Ecclesie, c. 1. neminem dissentire, vnum tantum Augustinum dubitare. Sic enim solent magnifici Sophistæ, magnifice mentiri.

II. Distinguntur vero Pættes in duos ordines: Et ij quidem verbis diuersi potius, quam rebus aduersi. Sed tamen alij diserte totidemque syllabis Christum interpretantur petram hanc ædificandæ Ecclesie: alij vero fidem, siue confessionem Petri. Quorum etsi eadem sit sententia: nam Augustinus de fide & operibus, cap. 16. Aperte dictum est, fundat

fundamentum enim aliud nemo potest ponere prater id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si autem Christus, procul dubio fides Christi: per fidem quippe habitat Christus in cordibus nostris. Tamen, quia solent Papistæ syllabas aucupari, placet utrorumque testimonia seorsum disponere. Sic enim luce clarius apparebit, quam diligenter omniem moueant lapidem, ut sese veritati opponant.

III. Tertullianus aduersus Marcionem lib. 4. c. 13. Mutat & Petro nomen de Simone: quia & creator Abrahæ & Sara, & Aisæ nomina reformauit huic vocando Iesum: illis syllabas adiciendo. Sed & cur Petrum? Si ob vigorem fidei, multa materia solidaque nomen de suo accommodaret. An quia & petra & lapis Christus? Hilarius de Trinitate lib. 2. Vnum igitur, hoc est immobile fundamentum, vna hæc est scilicet fidei petra, Petri ore confessæ, Tu es filius Dei viui. Ambrosius serm. 84. Gradus quidam sunt fidei, & qui deuotius credit, religiosus consistitur. Pro hac deuotione dicitur Petro, Beatus es tu Simon Bar-Iona, quoniam caro & sanguis non reuelauit tibi: sed Pater meus, qui est in cælis. Et ego dico tibi, tu es Petrus & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam. Cum vocaretur ergo Simon, per hanc deuotionem vocatus est Petrus. Legimus dicente Apostolo de ipso Domino, Bibebant de Spirituali petra. Petra autem erat Christus. Revertitur, quia petra Christus, Simon nuncupatus est Petrus, ut qui cum Domino fidei societatem habebat, cum Domino haberet & nominis Domini unitatem: ut sicut à Christo Christianus dicitur, ita à Petra Christo, Petrus Apostolus vocatur.

IV. Gregorius Nyssenus postremo c. testimoniorum contra Iudæos. Dominus est petra fidei: tanquam fundamentum, ut ipse Dominus ait ad principem Apostolorum. Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, super confessionem videlicet Christi, quia dixerat, Tu es Christus Filius Dei viuentis. Theodoretus in Psalmum 47. Adificauit namque ipsam Ecclesiam (ait diuinus Apostolus) supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, cum sit petra angularis eius Christus Iesus. Et ipse Dominus beato Petro, inquit, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam: & porta inferi non proualebunt aduersus eam. Idem in prioris ad Corinthios c. 3. Hoc fundamentum iacet beatus Petrus, vel potius ipse Dominus. Cum enim dixisset Petrus, Tu es Christus filius Dei viui, dixit Dominus, Super hanc petram adificabo Ecclesiam meam. Ne vos ergo denominare ab hominibus, Christus enim est fundamentum. Hieronymus in Matthæi 7. Super hanc petram Dominus fundauit Ecclesiam: ab hac petra Apostolus Petrus sortitus est nomen.

V. Augustinus de verbis Domini secundum Matthæum, serm. 13. Deinde addidit, & ego dico tibi: tanquam diceret, quia tu mihi dixisti, Tu es Christus filius Dei viui, & ego dico tibi, tu es Petrus. Simon quippe ante vocabatur: hoc autem nomen ei, ut Petrus vocaretur à Domino impostum est: & hoc, ut ea figura significaret Ecclesiam: quia enim Christus petra, Petrus populus Christianus. Petra enim principale nomen est: ideo Petrus à petra, non petra à Petro: quomodo non à Christiano Christus, sed à Christo Christianus vocatur. Tu es ergo, inquit, Petrus: Et super hanc petram quam confessus es, super hanc petram, quam cognouisti, dicens, Tu es Christus filius Dei viui, adificabo Ecclesiam meam. Super me adificabo te, non me super te. Nam volentes homines adificari super homines dicebant, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cepha, ipse est Petrus. Et alij qui volebant adificari super Petrum, sed super petram, Ego autem sum Christus. Apostolus autem Paulus, ubi cognouit se eligi & Christum contemni, diuisus est, inquit, Christus? Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est: aut in nomine Pauli baptizati estis? Quomodo non in Pauli, sic nec in Petri, sed in nomine Christi, ut Petrus adificetur super petram, & non petra super Petrum. Idem in Ioannem tractat. 12. 4. Ecclesia non cadit, quoniam fundata est super petram, unde & Petrus nomen accepit. Non enim à Petro petra, sed Petrus à petra: sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo vocatur. Ideo quippe ait Dominus, super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, quia dixerat Petrus, Tu es Christus filius Dei viui. Super hanc ergo, inquit, petram quam confessus es, adificabo Ecclesiam meam. Petra erat Christus, super quod fundamentum, etiam ipse adificatus est Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere, prater id quod positum est, quod est Christus Iesus. Item libro 2. de Trinitate, c. 17. Sed dum peregrinamur à Domino, & per fidem ambulamus, ideo per speciem posteriora Christi, hoc est carnem per ipsam fidem videre debemus, id est, in solido fidei fundamento stantes, quod significat petra, & eam de Trinitate iustissima inuenientes. in Catholica scilicet Ecclesia, de qua dictum est, Et super hanc Petram adificabo Ecclesiam meam.

VI. Adiectis etiam posteriores: Gregorium in Iob lib. 3. r. c. 19. In sacro eloquio cum singulari numero petra nominatur, quis alius quam Christus accipitur? Paulo attestante, qui ait, Petra erat Christus. Anselmum in eum locum Matthæi: Super hanc petram, id est, super me adificabo Ecclesiam meam. Quasi dicat: Sic es Petrus à me petra, ut tamen mihi referretur fundamenti dignitas. Sed tu cui ego ut amator, & confessori meo participium mei nominis dedi, super me fundamentum mundos lapidos ordinabis. Glossam interlinearem: Petram id est, Christum in quem credis. Lyrantum Et super hanc petram, quam confessus es, id est, super Christum. Ioannem Arborem Theophrasti lib. 5. c. 5. Ecclesia fundata est super petram & non super Petrum. Cardinalem de Alliaco in Recommendatione Sacre Scripturæ: Non videtur quod in petra Petrus, sed in petra Christus sit intelligendus, de quo agit Apostolus, Petra autem erat Christus. Et Concordantiæ libro 2. c. 13. Per petram Christum, quem confessus est, intelligimus. Pererunt lib. 2. in Daniele, qui docet lapidis appellationem conuenire Christo, tum alias, tum Quia Christus est petra, super qua fundata est & sustentatur Ecclesia: ideo, nullo unquam tempore, nullasque labefactari & osuari poterit: quinimo, nec porta inferi aduersus eam proualebunt.

VI. Homines ergo petram eam, super quam tum dixit Christus adificandam esse Ecclesiam, non aliam intelligunt, quam ipsum Christum, quem Petrus confessus erat. Ad quorum autoritatem video triplicem exceptionem proferri à Papistis. Prima est de Augustino: quem vnum adonantur, neglectis, aut certe dissimulatis aliis. Ergo Bellarminus Augustinum negat improbare eorum sententiam, qui Petram, id est Petro interpretantur: sed tantum illi anteponebant hanc, quæ de Christo: videlicet c. 1. lib. 1. Retracti. Deinde eundem Augustinum tum Bellarminus, tum Costerus, tum Agricola, tum Stapletonus lapsam dicunt, ex ignoratione linguæ Hebrææ, siue Syriacæ: ut crederet Cepham non significare Petram, sed aliquid à Petra deriuatum.

Tom. II.

VII. At ego, inquam, detur Augustinum vnam sententiam alteri præferre, & nihil præterea, tamen sequitur, Augustini saltem iudicio, Papistas male arguerunt ex hoc Matthæi loco; ut qui eius meliorem sensum deserentes, alium sententur, non adeo probabilem, aut aptum. Quamquam, quid tergiuersatione opus est? Augustinus nostram sententiam ita præfert, ut rationibus confirmet alteram, Ambrosij tantum autoritate: quasi diceret, illam quidem sua iurisdictione certa, atque ea quidem ab ipso petita contextu: hanc vero nulla, sed tantum vnius viri autoritate. Et id aduersarij dicent esse aliud nihil, quam utrunque vnam vni præferretur ut Agricola, in alteram magis inclinare?

X. Ignorantiam linguæ Syriacæ cur non mirer obiectam Augustino: qui eos videam non improbari, qui Cepham caput interpretantur, ex vicinitate, τῆς κεφαλῆς? ut suppositum Anacleum, Optatum Mileuitanum, Isidorum, alios: Nam hos Turrianus aucterueri, id libris pro Decretalibus Epistolis: & Baronius ad annum Christi trigésimum primum, negat reprehendendos. En Papisti æ sinceritatis specimen. Augustino impetitiua nota inuitur, eiusque propterea exhibatur sententia: illi ab omni reprehensione vindicantur. Cur quæso? Nam mirum, quia ille aduersatur rei Pontificiæ, hi vero fauent. Anacleus saltem, & Isidorus. Nam Optatum eximerim ab hoc ordine: & illud de capite, suppositum esse, nullus dubitabit. quomodo alia plurima emunctæ naris Critici reprehenderunt temere ab impetitis inserti glossemata. Sed si Augustinum placuit ignorantiam accusare: cur non reliquos sunt reueriti? in quibus saltem Hieronymus, & Lyrantus, non fuerunt Hebraici sermonis ignari?

X. Et quamquam fatear Augustinum eam linguam non attigisse: tamen nego eam impetitiua ei imposuisse. Habebat enim Christi sententiam ἀρχηγῶς expressam verbis non Hebraicis, aut Syris, sed Græcis; quorum ignarum fuisse, quis dicet non impudens? Itaque cum Matthæum Græce legeret, non erat ei necesse ulterius laborare. Et sane, à nomine Cepha ille nunquam argumentatur, sed à Petro, & Petra, quæ Græca sunt. Deinde res erat non simplicitate Grammatica, sed etiam Theologica: erat autem Theologiæ peritissimus Augustinus. Sicut igitur in reliquis religionis capitibus poterat suam sententiam dicere, etiam si Hebraici contextus plerique non intelligeret, quæ sunt in verbis posita: ita non eo hic reiciendus erit: quia quid Syris Cephas esset, non ex ædificatore Nam fundamentum explicationis suæ facit hoc axioma certissimum, atque immotum, Christum esse vnicum Ecclesiæ fundamentum. Atque adeo miror, quid de suis dicturi sint Sophistæ, quorum non Syriacæ linguæ tantum, sed etiam Græcæ tanta erat, tamque stúpida ignorantia; ut crederent Petrum & Cephas, non idiomate tantum, sed etiam significatione differre. Vide Valdesem: doctrinalis tomo primo, libro 2. art. 1.

XI. Secunda exceptio eorum qui negant, si Christus intelligatur Petram; sequi non etiam Petrum intelligendum. Verumque igitur h. conuincuntur: esse Petram, & Christum, & Petrum etiam propter Christum. Cuius tantum Basilium sermone de Penitentia: ἐν τῷ Πέτρῳ ἡ Χριστὸς ὡς κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας. Πέτρος ἡ κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας ὡς ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος. Nam et si Petra, non tanquam Christus, ut Petrus Petra: Christus enim vera Petra immobilis: Petrus vero propter Petram.

XII. Respondeo, nos non disputare utrum Petrus vilo modo dici aut possit, aut debeat petra: sed tantum, utrum hoc loco Christus petram hanc nominans, Petrum voluerit intelligi. Nam petram posse dici, & Petrum, & quemlibet fidelem, suo gradu & capto, tum nos concedimus, tum Origenes prolixè docet tractat. 1. in Matthæum. Petra est, inquit, quisquis Christi discipulus est, ex quo biberunt de spiritali consequente petra: & super talem petram conuincitur omnis Ecclesiastica doctrina, & secundum hanc vitam iustitio: in vnoquoque enim perfecto habent congregationem eorum qua complent beatitudinem verborum, factorum, & sensuum, est qua à Deo adificatur Ecclesia. Hæc Origenes, atque alia non pauca in eundem sensum. Hoc igitur sensu cum facile concedimus dici posse Petram Apostolum, tum negamus, hoc Matthæi loco, aut Petrum aut alium vllum, quam tumuis fidelem, recte intelligi, sed solum Christum. Esse autem absurdum valde, postquam concesseris petram hic significare Christum, statim asserere, significare etiam Petrum. Quia ipsa verba contra sunt: non enim dixit Christus, & super petram: sed diserte, super hanc petram, ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρῃ: quæ verba, ex vsu communi, non plures significant, sed vnam quandam indiuiduam petram designant. Non sunt autem vnum indiuiduum Christus & Petrus: sed duo ἑξ ἑαυτῶν, reapse separata & diuersa. Adde, eam petram intelligi, tum quam Petrus erat confessus: tum à qua Petro nomen deductum. Arqui neque seipsum Petrus erat confessus, sed Christum Filium Dei viui: nec à se petra, nomen Petri dicitur accepisse, sed à Christo petra. Ergo non potest ea petra de Petro intelligi. Nam quod Origenes tamen de quolibet fidei petram hanc exponit; sensus est tropologicus (ut in scholis appellant) id est moralis applicatio, non litæralis explicatio.

XIII. Tertia exceptio Stapletoni audacissima: qui negat per hanc petram Christum intelligendum. Et, inquit ille, prima & principialis, & absolute loquendo, Petra Ecclesiæ Christi est: tamen Christus non est hæc petra, illo videlicet loco à Christo designata. Similiter Karoskoukius hæc interpretacionem in propriam appellat, & alienam. Salmero non satis idoneam & firmam. Cuius Petri, nullam hic Christi fieri mentionem: nullaque probabilitate ad personam eius referri, quod de petra dicitur: in disputatione de firmitate Cathedræ Petri. Imo Maldonatus: Nihil, inquit, magis à sensu Christi alienum cogitari potuit quam ut dicere voluerit super se ipsum, aut super aliam rem, quam super Petrum fundaturam Ecclesiam. Quod cum asserunt non perpendunt, quantam iniuriam faciunt veteribus illis magnis viris iam laudatis testibus. Sed esto tamen: quasi ij nulli fuerint: aut si fuerint, fuerint Sophistis longe inferiores & merito & nomine, vocetur in dubiū interpretatio: & argumeta potius ponderentur.

XIV. Primum igitur. Quia verba illa, Et super hanc petram: respondeo e prioribus, Tu es Petrus, rationemque reddunt, quare vocatus sit Petrus. Sicut cui in Genesi cum dixisset Deus, Tu vocaberis Abraham, causam subiungit, in

1 R 2

quia

duob. modis: Vno, inquit Bellarmius, absolute secundum se, ac sine ratione ad personam Petri siue, vt Stapletonus loqui maluit, per se accepta, & vel in nullo, vel in quouis supposito considerata. Altero, cum relatione ad Petrum, vt sit, non quælibet fides, sed Petri fides, siue, vt Stapletonus, Petrus in fide. Priori negant fidem esse fundamentum Ecclesie: posteriori, concedunt, & coincidere aiunt cum eo quod dictum: Petrum esse fundamentum.

XI. At nos dicimus, ab his testibus consideratam fidem non posteriori modo pro Petro credente: sed priori: nempe fidem, qualem ille confessus est. Argumenta: primum, quia perpetui edificij perpetuum esse oportet fundamentum. At Petrus credens non poterat esse perpetuum fundamentum, nimirum qui per mortem paulo post subrahendus. Secundum, quia Ambrosius diserte, non de carne Petri, sed de fide dictum esse testatus est. Tertium, quia plerique, confessionem, & fidem confessionis nominantur Theophylastus: *ὁ πιστεύων ἐν τῷ κυρίῳ, confessio quam confessus est.* At hæc non potest esse ipsa Petri fides. Nam confessio actus est: ac proinde in diuiduus. Fides autem habitus in ipsa Petri persona: illa transiens, hæc remanens. Quartum, quia dicunt, Petrum posuisse id fundamentum: at fundamentum & ponens non possunt esse idem. Quinto, quia exponant eam fidem, id quod dictum, *tu es Christus.* Atq; adeo Glossator Decreti appellauit articulum fidei. Sexto, Gorranus eam considerauit in Apostolis & Prophetis, non in solo Petro: vt etiam longe prior ille, quilibet fuit, autor sermonis de Pentecoste tomo Chylofotomi 3. *Columna quidem sunt (Apostoli) quoniam virtute sua Ecclesia robur sunt. Fundamentum autem, quia in confessione ipsorum fundata est Ecclesia, dicente Domino, Tu es Petrus. & super hanc petram fundabo Ecclesiam meam.* Itaque certum est fidem esse fundamentum Ecclesie, quatenus est Articulus fidei communis omnibus fidelibus; ex cuius assensu & sunt, & vocantur, & dignoscuntur Christiani.

XII. Sunt tamen in oppositum suæ Sophistis obiectiones. Poloprima, vt probet non posse ipsam fidem esse. Talein petram intelligendam: quæ onus multorum hominum ferre possit. Hoc vere nihil esse aliud, quam cura & sollicitudine multitudinis, id est, Ecclesie onus sustinere. Ac loquendi vsus non patitur, vt confessioni fidei, Ecclesie cura committi dicatur. Nam quis esset sensus? quam absurda, & à ratione aliena loquutio?

XIII. Næ isti Sophistæ eg egiam subtilitati nauarunt operam; quibus tam sunt omnia in promptu. Petra debet onus Ecclesie sustinere. Ita esto, inquam, dum modo onus tam metaphoricè dicatur quam petra, quam fundamentum, quam ædificium. Quid tum igitur? Onus Ecclesie sustinere, est curam eius gerere & sollicitudine. Sed hoc iam negatur, vt frustranea sit subtilitati nauata opera. Næ profecto qui lapides sunt in fundamento; ij totius ædificij pondus sustinent, & tamen ædificij cura, sollicitudine nihil ad eos pertinet. Itaque nihil obstat quominus fides totius Ecclesie Petri sit, & tamen alius al. quis Ecclesiam curet. Quanquam, qui fidem sciunt nominatam pro ipso Christo fidei obiecto, non dubitant concedere: eum Christum sciunt, & quidem solum, hoc modo pondus Ecclesie sustinere. Sed hæc profecto ratio per accidens est: quia non ex fundamenti natura, à qua nunc est argumentum. Est enim Christus, & fundamentum, & caput: eam autem habet, quatenus caput. Poli ergo Sophisma est, quasi diceret, petra sustinet onus Ecclesie. Qui autem sustinet onus Ecclesie, curam eius habet. Qui curam habet, caput est: hæc enim ille omnia diserte addamus: *At caput est super totum corpus: ergo fundamentum est super totum ædificium. Quis dubitet, quin magnifice sit conclusum: & ex præceptis Architecturæ?*

XIV. Secundum argumentum Bellarmini est; quia oportuisset Christum dicere, ædifico, vel ædificauit. iam enim multi crediderunt, eum esse Filium Dei viui, vt præci propheta, Beata Virgo, Simeon, Zacharias, Ioannes Baptistæ, Apostoli, & discipuli ceteri.

XV. Respondeo: primum, qui se ædificaturum promittit, eum non negare se iam aut ædificare, aut ædificasse. Nam verba futuri temporis et coniuuati nem significanti eius quod iam ceptum est fieri. *Misericordia tua* (inquit Propheta Psalm. 23.) *subsequetur me omnibus diebus vite meae:* nõ vt significet, non esse ante subsequitam: sed tantum vt doceat sibi certum esse, eandem quam iam antecessisset, experitur ad finem vsq; Apostolus prioris ad Corinthios cap. 14. *Precabor spiritu, sed precabor etiam intelligentia: psallam spiritu, sed psallam etiam intelligentia.* An quia se iam precatum esse negare? Et sciunt omnes, Hebræe docti. Hebræos, qui verbis præteritis temporis in coniugando earent, vt consueuissent futuro, cum significatur actus coniuuati præterito in futurum. *Genesios 2. 7. 7. די אדם אלהים, dicitur Et 32. 7. ואתה תהיה אלהים, vadis. Primo Samuelis 24. ושמעו את דברי אלהים, vadis.*

XVI. Deinde, Christus post id temporis Ecclesiam suam peculiari modo erat ædificaturus super eam fidem: quia etiam iam ante quidam eum credidissent esse Filium Dei, tamen ip pauci erant, & ex solo semine Abrahami: cum tamen deinceps ea doctrina esset prædicanda toti orbi; eoque modo colligenda Ecclesia, non vnus gentis, & particularis, sed Catholica: quare sensus est, Christum ædificaturum deinceps Ecclesiam vniuersalem, nullis circumscriptam aut regionum aut gentium terminis, super eam confessionem: quod nondum factum esset, & quidem ordinaria docendi ratione: cum antea tantum quibusdam, & quidem per extraordinariam reuelationem & inspirationem factum esset. Præterea non erant Apostoli docendi, quid ante id temporis factum esset: sed obfirmandi in futurum, in spem eorum quæ postea facienda erant.

XVII. Tertium argumentum eiusdem: quia fides absolute sumpta recte quidem dicitur fundamentum iustificationis, & omnium virtutum: sed non Ecclesie proprie: debent enim eiusdem generis esse, fundamentum & reliquum ædificium. Atq; hoc argumentum Pighius vrget. Quis enim nesciat, inquit, Ecclesiam ædificium quoddam, ex viuis rationabilibusq; constructum lapidibus, quod nimirum fundamentum requirit sibi congenitum? Est autem fides toto genere diuersa res ab illis, ex quibus constituitur hoc ædificium: nempe qualitas quædam.

XVIII. Respondeo, fidei quædam esse vocabulum, cum alias significet qualitatem, id est, habitum cuiusq; credentis, quæ numero variatur in sin-

gulis: vnde fides tua, & fides mea, & fides Petri: alias vero, ipsum obiectum quod creditur, vnde fides Catholica, quæ in omnibus eadem est, teste Apostolo: *Vna fides,* 4. ad Ephesios. Priori modo fatemur nõ posse dici fundamentum Ecclesie: sed negamus sic intelligendam apud Patres, cum petram fidem exponunt. Altero autem modo, nihil est absurdi, quominus fundamentum datur: cum idem sit, fides, & Petra, id est, Christus, quem vere esse fundamentum Ecclesie nemo contradicit. Notauit Ferus. *Petra primarie Christus est, cui tota Ecclesia superædificata est. Deinde, quia per veram fidem Christo coniungimur, ac sic quodammodo & nos petram sumus, & ipsa igitur fides Christiana & veritas Euangelica firma & inconcussa Petra illa, super qua Christus ædificauit Ecclesiam suam.* Sic intelligi apud Patres certum est. Augustinus de ve bis Domini sermone 13. *Super hanc petram quam confessus es Et Emilianus diserte, non est aliud fundamentum, nisi illa Petra, quam Petrus posuit in fundamentum, cum diceret, Tu es Christus. Hoc autem sensu, omnino fides est & petra Ecclesie.* Nam Christus est primogenitus frater, & similis factus nobis per omnia, excepto peccato.

XIX. Sed enim videant acuti Sophistæ, quis sit huius argutiæ exitus. Nam si fundamentum oportet esse Ecclesie congenitum (vt voce vtat Pighij) ergo omne fundamentum Ecclesie est ipsi Ecclesie congenitum. Est hæc maiora Papistis subministrata: Pighio inquam, & Bellarmino. At nulla fides est congenita Ecclesie. Est hæc tunc minor, ab iisdem: nam diserte Pighius, toto genere diuersam dixit. Quid ergo? Nempe exijs præmissis, certa esset conclusio. Nulla fides est fundamentum Ecclesie. Quid illi terubescunt: ne? Vtinam. Certe Synodus Tridentina Sessione 3. symbolum fidei appellat, *fundamentum firmum ac vnicum, contra quod porta inferi nunquam preualebunt.* Est-ne symbolum congenitum Ecclesie? Ehem tam manifeste in medio Papismo impugnari Concilium Tridentinum, petram Papismi!

XX. Tertium, ex eodem: illud pronomen *hanc* clarissime ostendit non posse intelligi fidem absolute: nam refertur ad petram proxime nominatam: proxime autem dictum fuerat Petro: *tu es petra,* non fides. Respondeo, Petrum à Christo nusquam appellatum esse petram: & fieri in ierianam Euangelistæ, qui cum dixerit, *Tu es Petrus,* tamen aliter debuisse dicere, *Tu es petra.* Et vt semel dicam, videntur aduersarij Grammatices regulas aut nunquam didicisse, aut nimis cito oblitæ esse. Nam quis non audiuit frequentissimum vsus apud Latinos hunc esse, vt pronome relatiuæ genere discrepet ab antecedenti, si connexum habeat substantiuum nouum, quasi explicationis gratia? Exempla. *Cæsar de bello Ciuili libro I. Quotiescumque sit decretum, darent magistratus operam ne quid Respublice caperet, (qua voce, & quo S. C. populus Rom. ad arma sit vocatus, facti in perniciosis legibus. Et paulo post, Doluisse se, quod populi Romani beneficium sibi per contumeliam ab inimicis extorqueretur: ereptoque semestri imperio, in urbem retraheretur, cuius absentis rationem haberi proximo comitis populus iussisset: tamen hanc honoris inacturam sui, reip. causa a quo animo tulisse.*

XXI. Quartum Sandæ: Fides sic absolute considerata absque relatione ad Petrum, si est fundamentum Ecclesie: tñ vel in nullo, vel in quouis supposito considerabitur: At neutro modo fundamentum est Ecclesie: ergo nullo modo Assumptum probatur. Non igitur in nullo subiecto: quia super fidem non prædicatam, aut à nemine asseratam, Ecclesia fundari non potest. Non in quouis: quia super fidem ab alio quam à Petro prædicatam, Ecclesia infallibiliter fundari nequit. Ratio gemina. Prior: quia nemini alij quam Petro Christus dixit, *super hanc petram:* non possumus ergo de alia persona certi esse. Altera: quia si super fidem ædificari ponimus Ecclesiam extra personam Petri & successorum eius, a quæ ac patiformiter hanc prærogatiuam quouis fidelis vindicabit, & æque super vnum quæque ædificabitur Ecclesia.

XXII. Respondeo: proprie fidem esse non posse, nisi in aliquo subiecto: quemadmodum enim nulla scientia est, absque aliquo sciente: sic nulla fides, absque aliquo credente: sed tamen nihil obstat, quominus abstracte consideremus fidem: quomodo & singulas scientias: vt Physicam per se, absque vilo Aristotele. Et sic consideratam fidem ante diximus, *quæ non vnus esse idem cum Christo: & hoc sensu esse fundamentum Ecclesie.* Ad argumentum respondeo: etsi verum esset, fidem ab alio prædicatam quam à solo Petro, non posse esse fundamentum Ecclesie: tamen non sequi idem esse Petrum & petram; aut Petrum esse fundamentum Ecclesie, id est, Oecumenicum Pontificem.

XXIII. Secundo negatur Ecclesiam fundari non posse super fidem ab alio quam à Petro prædicatam: fundatur enim super fidem prædicatam ab ipso Christo: & prædicatam à Prophetis & Apostolis: vnde Paulus nominauit fundamentum Apostolorum & Prophetarum: quod Gorranus non est oblitus. Imo Paulus 15. ad Romanos protestatur se causisse ne super alienum fundamentum ædificaret: id est, studuisset prædicare Euangelium, vbi non nominatus esset Christus. Ergo prout à Paulo ædificari Ecclesia super fidem, ab Apostolo Petro non prædicatam. Et prioris ad Corinthios asserit à se, non à Petro, fundamentum esse positum.

XXIV. Ratio prior est ridicula. Vel enim Petram sumit pro persona Apostoli Papistice; & tum principium petitur: vel vt nos, pro Christo, siue fide in Christum: ac tum falso & inepte inferitur, non posse non de alio vilo certos esse. Quid tum enim, si soli Petro dictum? Quid obstat, quominus dictum, vt reliquis communicaretur? Nam & solis Apostolis dixit, *Qui vos audit, me audit:* & tamen nemo contatur id applicare omnibus fidei pastoribus. Quinetiam ipse Stapletonus statim Petro successores annectit: quo iure, si quæ Petro dicta sunt, id est, soli personæ eius Apostoli, efficiunt vt de nullo præterea certi esse possimus? An non, exempli gratia, Gregorius Romanus alia persona est à Petri persona?

XXV. Altera ratio vitiose concludit. Nam qui Petram fidem, & Christum interpretatur, omnem personarum respectum procul abiciamus: itaq; omnibus hominibus omnem ansam prædicamus, constituendi sibi pro Ecclesie fundamento. Quæ longe melius in contrariam partem consequentia succederet, si Petrus non sit fundamentum, sed fides; Ergo neminem profus hominem esse fundamentum.

CAP. V.

De Patribus, qui Petram Petrum interpretantur.

I. Aduersarij multos hic Patrum locos congerunt, quibus conficiuntur: quorum locos enumerant diligenter Bellarminus, c. 10. libri 1. de Pontifice: & Agricola de Primatu Petri, cap. 1. Et hos nominant autores. Clementem Romanum epistol. 1. ad Iacobum. Tertulianum de Præscriptionibus. Origenem in Exodum homilia 7. Cyprianum epistola ad Quirinum: & ad Iulianum. Athanasium Epistola ad Felicem. Hilarium in Matthæi 16. Et 6. de Trinitate. Ambrosium sermone 47. & Hymno quem citat Hieronymum in Matthæi 16. & Esaiæ 2. & in epistola ad Damasum de Hypotasi. Basilium libro 2. contra Eunomium, & concione de Penitentia. Nazianzenum de moderatione seruanda in disputando. Chrysostomum homilia 55. in Matthæum: homilia 4. in 6. Ezechie: ex variis in Matthæum locis homilia 27. Et in 1. Ioannis ad illa verba, Tu uocaberis Cephus. Epiphanium Ancorato. Psellum in Canticum, apud Theodoretum. Augustinum in Psalmum 69. In Ioannem tractatu 7. epistola 165. De Sanctis sermone, 15. 29. In Psalmo contra partem Donati: retractationum libr. 1. cap. 21. Sermones. d. 55. Petro & Paulo. Maximum Taurinensem sermone 1. de Petro & Paulo. Paulinum epistola 4. ad Seuerum. Cyrillum Alexandrinum libr. 2. in Ioannem cap. 12. Leonem magnum sermone 2. in anniuersario suæ assumptionis. Prosperum, libro 2. de uocatione Gentium cap. 28. Andreæ Cretensem oratione in Domini transfigurationem Gregorium Magnum epist. 37. li. 6. Theophylactum in caput Lucæ 22. Euthymium in 16. Matthæi. Denique Ecclesiam uniuersam in Concilio Chalcedonensi, actione 3.

II. Respondeo prius in genere: deinde sigillatim. Prius ergo, falso Bellarminum ac reliquos totius Ecclesiæ consentum in stare. Totius, inquit, Ecclesiæ, & Græcorum ac Latinorum Patrum. Quod si esset tum necesse foret, nullum unquam e Patribus aliter exposuisse. Quod contra est, ut ante citatis locis cuius constat, & multis quidem. Nam si unus tantum, aut alter, idque obiter & perfunctorie, nihil mirum: sic enim plerumque: sed & frequentes, & serio, tum ad populum, tum in priuatis, quæ sit commentationibus, hoc uero mirum si sit de nihilo. Illud saltem conficitur in tanta sententiarum discrepantia, nihil certi concludi posse ab autoritate, nisi alia accedant argumenta certiora: quæ cum aduersarij nulla habeant, nos autem habeamus, apparet quanto melior sit causa nostra. Quod si utrinque æqualia essent rationum momenta, tantum optio nobis libera reliqueretur: quod et Augustinus uoluit in Retractionibus. Harum inquit, duarum sententiarum, quæ sit probabilior eligat lector. Quod ille nunquam diceret, si altera ad amentiam accederet, aut textum peruerteret: aut denique sciceret, siue τὴν διδασκαλίαν, siue τὴν ἐκκλησίαν πολιτείας. Itaque nos hic locus tanto fustu ad aduersarij obiectus uirgere non potest, quandoquidem (ut minimum) nobis est liberum eam expositionem amplecti, quæ ab Oecumenico longissime abit.

III. Iam sigillatim. Primo supposititiæ quædam sunt autoritates ex iis. Nam Clementis ad Iacobum Epistola spuria est, & indigna tanto nomiae: scripta ad Iacobum prius defunctum. Tota constant centonibus male confusis: denique Veteribus incognitissima, ut appareat imperitissimum, atque inerrissimum quædam e postremis seculis ludionem, scæde uoluisse Ecclesiæ imponere: ut in reliquis plerisque Decretalibus epistolis. Athanasii item ad Felicem Epistola, si cuiquam sapienti numero illius profusa similes habent labra lactucas: tota inepta, pueriliter garrula, mendax, multa que asserens contra ueritatis historiam fidem: interque ea, illud falsissimum, ex se se Romana omnes Ecclesias sumpsisse prælicationis exordium. Quod siue de tempore intelligas, siue alio quouis modo, consistere non potest: sed & Athanasium, qui prius factus est Episcopus, quam unquam uisisset Romam, quanta impudentia est dicere, Romæ factum Episcopum, & quidem Felicis precibus. Vide Baronium anno trecentesimo quinquecentesimo septimo §. 66. Et Binonium orationibus in eam Epistolam priori parte tom. 1. Conciliorum. Sermones de Sanctis, quicunque tribuit Augustino, næ ille putauit sibi tam futuram cum fungis: certe festura fuisse aliquod Cathedræ Petri, aut fuisse uniuersale temporibus Augustini, nullo potest indicio deprehendi. Sed & docti agnoscent in hisce sermone esse faraginem sermonum uariarum transtatorum, ex Aleuino, Fulbert, Petro Rauennensi: atque aliis. Ambrosii sermones non esse magis legitimos docti sciunt.

IV. Secundo falsum etiam, Synodum Chalcedonensem, & in ea uniuersam Ecclesiam eius in interpretationis esse testem. Nam soli sunt legati Romani, Paschasius, Lucentius & Bonifacius, qui sententiam dicunt contra Dioscorum: magna uerborum pompa, & suæ sedis, de more, agentis negotium. Sed non solent singula eorum qui suffragia ferunt, uocabula penitari, aut etiam à Synodo haberi pro totius cœtus Decretis: sed tantum id quod, aut omnibus aut plurimis suffragiis confirmatum fuerit. Quis autem imitetur eos, qui à Romano Pontifice mitebantur, uoluisse eius dignitatem esse maximam? Eo præsertim tempore, cum ab eis, ἀποστασις, etiam Constantinopolitanus contederet, & sese Oecumenicam iam appellaret: atque adeo in eodem Concilio obtinuerit, æquari Romano, eius secundum ordine. Leonis & Gregorii testimonia eodem iure suspecta sunt, quoties quæstio de autoritate Romani Pontificis. Nam quis dubitet in ueram partem sint pronunciaturi? Recte Aeneas Syluius commentario 1. de Basiliensi Concilio: Nec considerant miseris, quia qua prædicant tanopore uerba: aut ipsorum summorum Pontificum sunt, quas uerbis extendentium, aut illorum qui eis aduabantur.

V. Tercio; ex ipsis, qui citantur, pro nobis testimoniam dixerunt, Tertullianus, Hilarius, Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Origenes. Sed & Augustinus. Imo hic, sententiam retractauit, ita ut ab ipsis etiam Papistis agnoscat in nostram esse pro-

penrior; itaque non fuit annumerandus reliquis, sed nobis totus relinquendus.

VI. Quarto: Quid? quod inuiti nonnulli coguntur stare à partibus non nostris? Oigenes: Nam quid mirum, si Petrus is Petre nomen conceffit, qui nulli fidelium negauit? Nam omnes esse suo modo & petram & fundamentum, discrete docet. Petra est quisquis Christi discipulus est: & super salem petram construitur omnis Ecclesiastica doctrina. Itaque & hoc loco non fundamentum tantum, sed magnum fundamentum appellat: quasi essent alia minora. Athanasius ad Felicem: et si autor non est, ut diximus. Tu, inquit, es Petrus & super fundamentum tuum Ecclesia columba: id est, Episcopi sunt constructi. Nota: non te fundamentum, sed tuum fundamentum: quemadmodum Paulus, fundamentum Apostolorum & Prophetarum: id est, Christum. Deinde, Tu es Petrus: non, tu es Petrus. Basilus: qui dicit Petrum ἡ γὰρ πέτρα ἡ ἐκκλησία καὶ ἐπὶ ταύτῃ οἰκοδομηθήσεται ἡ ἐκκλησία. Propter fidei excellentiam, adificationem Ecclesiæ in se ipsum recepisse. Atqui recipere in se adificationem Ecclesiæ, non est super se ipsum adificare Ecclesiam: sed tantum suam operam commodare adificandæ Ecclesiæ. Nazianzenus ὁ μὲν, inquit, πέτρα καλεῖται, καὶ τὸς θεμελίους τὴν ἐκκλησίαν περὶ αὐτῆν. Hic quidem Petra uocatur, atque Ecclesia fundamenta sue fidei credita habet. Ergo, inquam, non est ipsum fundamentum. Paulus, τὴν οἰκοδομίαν περὶ ὁμοῦ: dispensatio credita est mihi: 9. prioris ad Corinthios. ἐπὶ ὁμοῦ περὶ λόγου τοῦ Θεοῦ, tertio ad Romanos, eis credita sunt e-logia Dei. Felix epistola ad Zenonem Imperatorem contra Petrum Antiochenum de Trifragio. Petrus, τὴν βασιλείαν καὶ τὰς κλεῖς ὡς πᾶσι τοῖς πιστοῖς, cui regni clauis à Salvatore tradita sunt. An Paulus fuit ipsa dispensatio? an Iudæi ipsa eloquia? An Petrus, ipsa clauis? abiurdum.

CAP. VI.

Et si Petrus à Veteribus appelletur Petra, tamen non est Oecumenicus Pontifex.

I. ET hæcenus quidem de Assumptione. Nunc de maiore propositione. Quia enim negati non potest quosdam, eosque nominatissimos veteres, per petram intellexisse ipsum Petrum: atque id et si non relecta tamen quia non de Petra, sed de Oecumenico Pontifice controuersia est: ideo his etiam autoritatibus satisfaciendum. Dico igitur maiorem esse falsam. Neque enim nunc agitur de petra, quomodo à Christo aut nominata est: aut intellecta: sed quomodo à Veteribus explicata. Itaque hoc dico. Est Petrus Petrum appellari petram, super qua Christus adificauit Ecclesiam suam: tamen non propterea aut nominasse, aut credidisse Oecumenicum Pontificem.

II. Ratio prima, quia eius nominis à Patribus ea ratio redditur, quæ non infert Oecumenicum Pontificatum. Nazianzenus in oratione de Moderatione in disputationibus. Petrus petra uocatur: atque Ecclesia fundamenta sue fidei credita habet. Ambrosius sermone 47. siue is potius est alius. Petra dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit. Et post, Recte consortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis. In eadem domo Petrus fundamentum posuit: Petrus plantat: Dominus incrementum dat, Dominus irriguum subministrat. Theophylactus ἀπεὶ τὴν τὴν Πέτρον ὁ Κεφαλή, μὲν δὲ αὐτὸν διδύκον μέγαν, τὸ ἐπὶ αὐτῷ οἰκοδομηθῆναι τὴν ἐκκλησίαν ἵπεν ὅτι ἀμολόγησεν αὐτὸν ἰσοῦς Θεοῦ Πέτρον φωνῆν, ὅτι αὐτὴ ἡ ἰσολογία ὡς ἰσολογία τῶν ἡμετέριον μέγαν εἶναι τὴν περὶ αὐτῶν ὡς πᾶσι τοῖς πιστοῖς κλεῖς τὴν τὴν πέτραν οἰκοδομηθῆναι τὴν ἐκκλησίαν. Remuneratur Petrus Dominus, mercede magna data, nempe, ut super eo adificata sit Ecclesia: Quandoquidem enim confessus est eum Petrus Filium Dei, ea confessio, quam confessus est, inquit: futura est fundamentum credentium: adeo ut qui eum adificaturus sit fidei adificatur, hanc confessionem ponat fundamentum. Epiphanius in Catharis. γάρ τὸν ἡμῶν ἀληθῆς πέτρα πέτρα θεμελίους τῆν πέτραν τὴν πέτραν, ἡ ἡ οἰκοδομηθῆναι τὴν ἐκκλησίαν κατὰ τὸν τρόπον. Falsus est nobis uere solida Petra fundans fidem Domini, super qua adificata est Ecclesia omni modo. Theophanes Cerameus in sermone de Sanctis Apostolis: citatus à Salmerone tractat 2. partis 3. tom. 4. in hæc uerba. Ego uero dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam. Tu, inquit, qui Petrus es, petra sis fidei uerbi & Ecclesia firmata fundamentum, ac adificationis spiritalis primus aditus. Super hanc enim confessionem fundamentum Ecclesiæ stabit. Tals nempe petra ac rupe collocata, reliqua dogmata firme, ac tute adificabuntur.

III. Hæc diligenter consideranda sunt. Petra est, quia fundamentum posuit. At hoc primo nihil ad Oecumenicum. Paulus enim se etiam restatur fundamentum posuisse: qui tamen non dicitur Oecumenicus. Deinde non solus posuit: sed primus posuit. Ergo & alii posuerunt, post eum quidem: & siue secundi, siue tertii: sed tamen posuerunt. Primus autem & secundus, discretionem significant ordinis, non potestatis: & quidem hic, ordinis secundum tempus: quomodo Andream dicunt prius uocatum, quam Petrum, id est, aliquanto tempore ante: & Paulus, sibi ultimo uisum esse Christum: prioris ad Corinthios 15. qui tamen se ὁ δὲν ἰσολογία τῶν ἡμετέριον δόξα τῶν δόξων gloriatur: post. ad Cor. 11. Similiter ergo potest Petrus, primus omnium iacere fundamentum: ut tamen nihilo plus habuerit autoritatis quam reliqui.

IV. Et fundamentum fidei: propter confessionem, quam confessus est. At nostra controuersia est de politica, & autoritate pastoralis: non in docenda plebe: sed in ipso Clero moderando. Certe confiteri Christum longe alud est, quam moderari Ecclesiam: imo, quam imperare Clero. Fundamentum ergo credentium, quomodo Aristoteles Dialecticorum. Non enim Aristoteles imperium ullum obtinet in Dialecticos: sed duntaxat primus Dialecticam tradidit, cui posteri adherent. Itaque Theophylactus explicat, non quod ipse Petrus, aut eius successores, eius fidei fundamenta semper iaciant usque ad finem mundi: sed quia ipse primus eam confessionem ediderit, quam credentes ipsi posituri sint basin tuæ fidei. Non ergo ipse Petrus ponit: aut pro Petro, nescio quis successor: sed πᾶσι ἀδελφοῖς μέγαν κλεῖς ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομηθῆναι τὴν ἐκκλησίαν. quilibet homo, quilibet fidelis: quod de gubernationis autoritate, nunquam quisquam uere, aut sane dixerit, IR 4 Y. Itaque

V. Itaque hi Patres, etsi verbis differant, tamen re ipsa idem sentiunt cum iis qui Petri fidem illam, seu confessionem intelligunt per Petram esse designatam. Atque adeo id Theophylactus habuit à suo Chrysofomo: qui qua homilia dixit, Christum pollicitum se Ecclesiam ædificaturum super Petrum (*Super te, inquit, ædificabo Ecclesiam meam*, homilia 55. in Matthæum) eadem Petram exposuit fidem & confessionem. Verba ante citauimus. Si igitur ea ratione Petrus dicitur petra, & fundamentum Ecclesiæ, quod ea confessio, quam edidit, sit petra & fundamentum Ecclesiæ, certe non sequitur inde, eum esse Oecumenicum Pontificem.

VI. Secunda ratio: Si, quia Petrus dicitur petra, id eo esset Oecumenicus Pontifex: ergo, quemadmodum Oecumenicus ille vnicus est, sic oportet, Petrum vnicum esse petram: at hoc falsum: atque adeo nulli vnquam veteribus, sacis probatae fidei, affirmatum: a nonnullis diserte negatum: vt Origene, Cypriano, Augustino: de quibus singulis iam ago: aduersariotum exceptiones confideo.

VII. Origenes tractatu i. in Matthæum. *Petra est, quisquis Christi discipulus est, ex quo biberunt de spiritali consequente Petra: & super eam petram constituitur omnis Ecclesiastica doctrina: & secundum hanc vita institutio. In vnoquoque enim perfecto, habente congregationem eorum, qua complent beatitudinem, verborum, factorum, & sensuum, est qua à Deo ædificatur Ecclesia. Quod si super vnum illum Petrum tantum existimas ædificari totam Ecclesiam, quid dicitur es de Ioanne filio tonitru, & Apostolorum vnoquoque? quin alioqui, num audebimus dicere, quod aduersus Petrum vnum non præualitura sint porta inferorum, aduersus autem ceteros Apostolos, ac perfectos, præualitura sint? ac non potius in omnibus & singulis eorum, de quibus dictum est sic illud, quod dictum est, & porta inferorum non præualebunt aduersus eam: item illud, super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Vbi luxatio est: nec enim consistit sensus: apparet sic legendum, aut non multo secus. Ac non potius in omnibus & singulis eorum? Quod si in iis de quibus dictum est, sic illud quod dictum est, & porta inferorum non præualebunt aduersus eam: item illud, super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Pergit Origen. argumentando. An vero soli Petro dantur à Christo clauis regni cælorum, nec alius beatorum quisquam eas accepturus est? Quod si dictum hoc, Tibi dabo clauis regni cælorum, ceteris quoque commune est, cur non simul omnia & quæ prius dicta sunt & quæ sequuntur, velut ad Petrum dicta, sunt omnium communia?*

VIII. Sic Origenes non asserit tantum, sed & disputat, non esse Petrum solum petram, super qua ædificatur Ecclesiæ: & quidem duplici argumento. Nam id nomen accepisse vel propter confessionem fidei, vel propter ministerium ædificii Ecclesiæ i. Neutra autem ratione, id ei conuenire. Nam si propter confessionem: eam non esse eius solius, sed omnium perfectorum, qui eodem animo, eodem etiam Spiritu reuelante, idem cum eo confitentur. Si vero propter ministerium, tum & reliquis Apostolis id conuenire: nam eis etiam omnibus & singulis datas esse clauis regni cælorum. Denique non magis id, *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*, Petro dictum esse, quam illud, *Porta inferi non præualebunt aduersus eam*: atqui hoc posterius non est soli Petro proprium. Ergo neque illud.

IX. Bellarminus respondet: Origenem explicare locum Matthæi allegorice tum temporis: sed ad litteram, homilia 5. in Exodum. *Vide, inquit, magno illi Ecclesiæ fundamento, & petra solidissima, super quam Christus fundauit Ecclesiam, quid dicatur à Domino.* Tum disputat non posse intelligi ad litteram de omnibus fidelibus. Primo, quia Christus, vt de solo Petro se loqui in dicaret, descripsit illum multis modis. Secundo: quia sic omnes essent fundamentum: vbi ergo parietes, & ceterum? Tertio: quia absurdum iudicatur super hominem Petrum ædificare Ecclesiam: quo modo igitur super singulos fideles ædificabitur? nam & ceteri homines sunt.

X. Sed Origenes non exponit allegorice: nisi allegorice vocabulo abutenis, omnia comprehendas explicationum genera: quod non decuit fieri. Nam Allegoria transfert verba siue phrasin alium sensum. Vt, exempli gratia: cum Agar ancillam nominatam à Mose proprie pro muliere, Paulus legem interpretatur. At hic nihil sit eiusmodi: nam quo sensu Petrum petram interpretatur Origenes, eodem & singulos fideles. Itaque topologica potius est interpretatio, quam doctrina generalis singulis applicatur. Vt apud Paulum, cum ab Israelitarum internecione concludit Christianis adstinendum à malis. Velut si quis illud hamorrhœiæ à Christo dictum, *fides tua saluam te fecit*, exponens generaliter, id applicet omnibus fidelibus.

XI. Non est autem hic locus contrarius alteri in Exodum. Primo, quia in Matthæo non sic applicauit omnibus, vt negaret Petro: ac proinde facile potuit id ipsum de Petro specialiter dicere, quod omnibus assereret conuenire: quemadmodum cum dixero omnes fideles fide sua saluos fieri, nihil obstat, quominus hamorrhœiæ dicam fide sua saluam esse factam. Deinde, quia in Exodo nihil est quo solus Petrus dicatur esse Petra: imo contra, vt ante dixi, cum vocatur non simpliciter fundamentum, sed magnum fundamentum: & non petra, sed petra solidissima: videtur comparatio cum aliis designari: quasi cum multa sint fundamenta, multæque Petre. Petrus in omnibus sic emineat, vt & magnus & solidissimus dici mereatur.

XII. Ad argumenta respondeo: ad primum quidem, eas vnus Petri descriptiones, à nomine, à patre, à reliquis, significare, soli Petro Christum esse loquentum: & quid tum, si etiam de solo concedamus loquentum? Nam inde non conficitur ad solum Petrum spectare id quod dicitur. Etenim, quis negat: Mosen cum dixit, *Credidit Abraham Deo, & imputatum est illi ad iustitiam*. Quis, inquam, negat, de solo Abrahamo dictum? Et tamen id ipsum Paulus omnibus fidelibus applicat. Quod & id ipsum Papistæ, qui solum Petrum tanto boatu ingeminant: eiusque nomen, & patrem, & agnomen, & pronomen, Tibi, tu, te: vt euincant vnâ certamque personam: tamen statim ab vna illa persona transiliunt ad ducentas triginta quatuor personas Romanorum Pontificum, vt eis coniuncte euincant, hoc ipsum, quod iam laborant esse vni, vni, vnâ, inquam, Petram propriam, quanti eius nomen, eiusque patrem? Nempe hoc illud est, nihil aliud quam mundo illudunt.

XIII. Ad secundum: hoc sensu Ecclesiæ dici fundari super om-

nes fideles, vt in iis solis doceatur consistere: vnde Lyranus in hunc Matthæi locum *Ex quo patet, quod Ecclesia non consistit in hominibus, ratione potestatis vel dignitatis Ecclesiastica, vel seculari: quia multi principes, & summi pontifices, & alij inferiores, inuenti sunt apostatasse à fide: propter quod Ecclesia consistit in illis personis in quibus est notitia vera & confessio fidei, & veritatis.* Ergo, fundari non proprie sumitur pro ea parte ædificij, quæ parietes, & ceterum sustinet: nam id honoris pertinet ad solum Christum: à quo in neminem Origenes eum derivare voluit: sed improprie pro consistere: dicimus enim Ecclesiam consistere in fidelibus.

XIV. Ad tertium, inde patet responsio. Nam quod super Petrum hominem disputamus, absurdum esse ædificari Ecclesiam, id eo sensu dicitur, quatenus vnicus ille homo totum ædificium sustentare dicitur, quomodo Papistæ de Petro pertinaciter. Sed non illo altero, quatenus in fidelibus, qui certe homines sunt, & inter quos est Petrus, & quidem Apostolus, imo *ὁ ἀρχαῖος ἀπόστολος*, consistere dicitur. Atque hæc enus de Origene.

XV. Cyprianus (quo autore nullus, opinor, frequentius dixit, super Petrum fundari Ecclesiam) Epistola 27. quæ est ad lapsos. *Dominus noster, cuius præcepta memore, & obseruare debemus, Episcopi honorem, & Ecclesiæ suæ rationem disponens, in Euangelio loquitur, & dicit Petro, Ego tibi dico, quia tu es Petrus, & super istam petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferorum non vincet eam: & tibi dabo clauis regni cælorum. & quæ ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. Inde per temporum & successionum vias, Episcoporum ordinatio, & Ecclesiæ ratio decurrit, vt Ecclesiæ super Episcopos constituitur, & omnis actus Ecclesiæ per eosdem præpositos gubernetur.* Cyprianus igitur hunc eundem locum sic intellexit, vt ad plures quam ad Petrum pertineret. Eum enim omnibus Episcopis accommodat, teste in eam Epistolam Pamelio: qui cum inde se videret premi, hoc quasi effugium quaesivit, eundem Cyprianum alibi, maxime Epistola 55. hunc locum applicare soli Petro. Quod si sic intelligat, vt dicat Cyprianum alias in citando hoc loco solius Petri meminisse: nihil est quod non facile concedam. Sed si hoc velit potius, Cyprianum asserere, ea Christi verba soli Petro conuenire, & præter eum nulli, tum vero Pamelio egregie falsum dixerit. Certe enim Cypriani ea perpetua mens est, vt ex eo loco probet, quænam sit Episcopatus, quem in Ecclesiâ vnicum esse dicit, natura: quæ de realias plura. Si autem iis verbis institutio continetur Episcopatus, ergo non Oecumenici Pontificatus.

XVI. Augustinus epist. 165. *Petro, totius Ecclesiæ figuram gerenti, Dominus ait, super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: & porta inferorum non præualebunt aduersus eam.* Latius autem tract. 124. in Ioannem. *Hoc agit Ecclesiæ spectata in hac vita armento: scilicet Ecclesiæ Petrus Apostolus, propter Apostolatus sui primatum, gerebat figurata generalitate per sonam. Quod enim ad ipsius proprie attinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus, abundantior gratia, vnus idemque primus Apostolus. Sed quando ei dictum est, Tibi dabo clauis regni cælorum, & quæcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quæcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis, vnus iam significabat Ecclesiam. Et paulo post, Ecclesiæ ergo, quæ fundatur in Christo, clauis ab eo regni cælorum accepit in Petro. Hæc Augustinus: vnde sequitur, quom non Petro, vt Petro; sed toti Ecclesiæ in Petro dictum id sit, non esse Petrum solum Petram Ecclesiæ: ac proinde aut esse plurimos Oecumenicos Pontifices: aut Petram non significare Oecumenicum Pontificem.*

XVII. Et quia Petra nomen significationem habet fundamenti: ad damus & hoc, reliquos Apostolos dici etiam fundamenta Ecclesiæ. Hilarius in enarratione Psalmi 67. *Sed quia in his (Petrum autem nominauerat denegantem, & ceteros Apostolos timentes, fugientes, diffidentes) bona voluntatis esse affectus, perfecti ita sunt, vt & fundamenta Ecclesiarum fierent & columna.* Sic alij non pauci affirmant: eruentes ex his Scripturæ locis, *Fundamenta eius in montibus Sanctis*: Psalmo 87. *Nā hos montes interpretantur Apostolos & Prophetas, Augustinus, Theodoretus, Remigius, Lombardus, alij.* Secundo ad Ephesios, *Super ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum.* Apocalypsis 21. *Fundamenta quibus inscripta sunt nomina duodecim Apostolorum.* Quod si Apostoli omnes, adde etiam Prophetæ, sunt fundamenta Ecclesiæ, ergo Petrus solus non est Petra: quando quidem petra est fundamentum.

XVIII. Huic argumento Bellarminus vt satisfaciat, c. 11. lib. 1. de Pontifice: tribus modis omnes Apostolos fuisse ait fundamenta Ecclesiæ, absque vilo Petri præiudicio: primo, quia ipsi primo Ecclesiæ vbi que fundantur: secundo, ratione doctrinæ à Deo reuelatæ: nam fides Catholica nititur reuelatione, quam habuerunt à Deo Apostoli, & Prophetæ: tertio, ratione gubernationis: omnes enim fuerunt capita, rectores, & pastores Ecclesiæ vniuersæ. Porro primo & secundo modo Petrus non fuit maior ceteris; sed tertio. Illi enim habuerunt summam atque amplissimam potestatem, vt Apostoli, seu legati: Petrus autem vt Pastor ordinarius. Deinde ita habuerunt plenitudinem potestatis; vt tamen Petrus esset caput eorum, & ab illo penderent, nõ è contrario. Hoc vero ei promitti his verbis *super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.*

XIX. Sed nos instamus, & admittit triplici illa distinctione: primo dicimus, hoc modo aduersarios discedere ab hoc loco Matthæi, atque illi renunciare, tãquam inuili ad probandum Oecumenicum Pontificatum Petri. Ratio: quia concedunt Petrum reliquis Apostolis præstare duntaxat tertio modo, id est, ratione gubernationis: Atqui hic locus *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* ad eam gubernationis rationem non pertinet: sed ad primum modum & secundum; quia exponitur de confessione fidei, quæ Petrus primus omnium confessus potest esse Ecclesiæ fundamentum. Et quia his duobus modis, Petrus æqualis fuit reliquis: Ergo hic locus pertinet ad eam æqualitatem, non autem ad disparitatem; absque qua nullus est Oecumenicus pontifex.

XX. Secundo, negamus probari posse vilo ex iis modis Petrum superiorem fuisse reliquis Apostolis. Et de primis quidem duobus, nullum negotium: quia conceduntur vltro à Bellarmino. Ergo, de tertio tantum quaestio in quo

in quo dupliciter Petrum ille praefert: tum quia reliqui ab eo penderent, et si haberent plenitudinem potestatis: tum quia illi essent legati, Petrus autem ordinarius. Quae cuiusmodi sint, quae lo videamus.

XXI. Atqui in priori mira *ἀπορία*. Habuisse ceteros Apostolos plenitudinem potestatis, & tamen pependisse à Petro suo capite. Atqui primum plenitudo potestatis propheta nomen est, & ex prophana dominatione: quam suis discipulis seuerè *ἀποστόμος* inter dixerat Christus, inuectum in Ecclesiam: ab eo tempore cum eam vnus tyrannus occupauit: itaque alienum ab usu, nō Scripturae tantum, sed etiam purioris Antiquitatis. Et sane tum *δυναμία*, tum *ἐξουσία*, quibus nominibus significatur dignitates Ecclesiae, tum apud Paulum, tum apud Veteres, *ἐκ δυνάμεως* opponuntur plenitudini potestatis.

XXII. Secundo: cum plenitudo potestatis sit vt in Republica, sic in Ecclesia, summum illius administrandae & *ἀποστολική*, Bellarminus contra dicit, tum suis, tum sibi. Suis quidem: quia plenitudinem illi docent Petro, eiusque successoribus concessam; idque in definiendo exprimitur Alenstaig in Dictionario Theologico, *Plenitudo potestatis Ecclesiastica, est potestas ordinis & iurisdictionis, qua à Christo collata est supernaturaliter Petro, sicut vicario suo & monarchae primo, pro se & suis successoribus legitimè usque in finem seculi, ad adificationem Ecclesiae militantis pro consecratione felicitatis aeternae.* Et paulo post, *Potestas Ecclesiastica in sua plenitudine est formaliter & subiectiue in solo Romano Pontifice.* Ergo, inquam, neq; formaliter, neq; subiectiue, in vilo alio. At Bellarminus concedit in omnibus & singulis Apostolis Euidens contradictio.

XXIII. Sed & sibi contradicit: cum Apostolis tribuit plenitudinem potestatis, ita tamen vt Petrum caput haberent, & ab eo penderent: fieri enim non potest, vt plenitudo potestatis, & pendere ab alio capite, non sint contraria. Est enim plenitudo potestatis, ea cui ad summam inter homines potestatem nihil addi potest. Atqui ea potestas quae pendet ab alia, profecto summa dici nequit. Ac proinde oportet ceteros aut non habuisse plenitudinem potestatis: aut certe non pependisse à Petro. Et sane Cyprianus omnes Apostolos, asserit cum Petro pari praeditos consortio honoris & potestatis. Quis autē neget dispar esse consortium, plenitudinem potestatis: & potestatem dependentem ab alia?

XXIV. In legatis autem & ordinario, admittatis sum Iesuitarum auctoritatem, quibus nihil sit ineptum, si commodum. Quam autem causam reddunt, cur Petrus ordinarius sit potius quam reliqui? Aut reliqui legati potius quam Petrus? Et sane res est eiusmodi, quam non debuerit Bellarminus tam seuerè, confidenterque effutare, nulla vel leuissima coniectura confirmatam.

XXV. Nam, quod Apostolum legatum exponit, quam est ridiculum Deus bone! Est ea Graeci significatio vocabuli. Sed quid hoc ad rem? Nam primo, Nonne fuit Apostolus Petrus? Imo vero non alio magis insigni titulo solet insigniri, *Petrus Apostolus Iesu Christi*; statim initio Epistolae: vt *Paulus Apostolus Iesu Christi*, posteriore ad Timotheum. Qui sit ergo, vt Apostolus Petrus non sit legatus, Apostolus autem Paulus sit legatus? Quod eo magis vrgendum: quia ipsi Romani Pontifices, tam certo ex Apostolatu Petri suum ius deriuant: vt olim non alio nomine vocitatus fuerit, quam Apostolici, qui nunc Papae.

XXVI. Deinde, quia legatum opponunt ordinario, postulo mihi exemplum proferri, quibus doceat *ἀποστολική* Graece eo sensu legatum significare, vt legatum, inquam, non quemlibet, sed tantum oppositum ordinario, id est, extraordinarium. Mihi quidem potius videtur eum notare, qui ab alio mittitur, siue ordinarius, siue extraordinarius. Nec aliam eius nominis vim obseruauit Antiquitas. Tertullianus de Praescriptioibus c. 20. *Hae appellatio, inquit, missos interpretatur.* In quem locum Pamelus, *Ἀποστολική* Graece dicitur, Latino *Missus*, nuncius, legatus, qui cum mandatis aliquo mittitur. *Ἀποστολική* verbum significat mittere cum potestate & auctoritate aliqua. Eucherius in Graecis nominibus, *Apostolus, missus, ideo quod à Domino ad euangelisandum missus sunt.* Gaudentius ad Beniuolum, *Apostoli ex officio sortiti vocabulum, Latino sermone destinati nuncupantur.* Quinetiam Hieronymus, explicans initium Epistolae ad Galatas, quatuor ordines Apostolorum, siue missorum constituit: Vnum à Deo, non per homines: alterum à Deo per homines: tertium, per homines, & non à Deo: quartum neque à Deo, neq; per homines. Itaque putat ex vi vocabuli ordinarios non excludi Non negem tamen extraordinarios fuisse Apostolos in suo munere: eo maxime, quod eis non fuerit successum: sed hoc denique ineptum esse dico, ex ipso Apostoli nomine reliquos legatos asserere, cum Petrus constitutus ordinarius.

XXVII. Sed in hoc negotio Sanderus videtur subtilior, c. 9. libri 6. de Monarchia. Ordinarium, inquit, ab ordine denominatur. In ordine autem nihil potest eo prius esse, quod primum est. Primus vero Petrus accepit potestatem ligandi, & soluendi, atq; etiam pascendi. Igitur ordinaria ligandi, soluendi, & pascendi potestas in solo Petro primum instituta fuit: eademque postea ceteris Apostolis per voluntatem Christi communicata est: sic tamen vt non mutaret aut reuocaret, quod prius dederat Petro.

XXVIII. Sed haec omnia perperam colliguntur, & praeter Dialecticæ leges: quod vt fiat manifestum, singulas partes retextamus, vt *ὁ ἀρχαῖος* *ἀποστολική* videtur. Ordinarium, inquit, ab ordine denominatur. Sane, inquam, & intelligi debet id, quod in eo ordine, vnde denominatur, persequi est: nec leuè aut iterū, sed semper vsurpatur. In Republica Romana, ordinarij erant Consules: Dictatores extraordinarij. In Israelitica Ecclesia, Sacerdotes ordinarij, Prophetæ extraordinarij: Praedictio ordinaria: miracula extraordinaria. Pergam⁹ vero, *In ordine, nihil potest prius esse eo quod primum est.* Quis contradicat? Sed dicitur à quaestione: non enim quid sit in ordine prius, sed quid sit perpetuum quaeritur. Deinde, potestatem, quæso, intelligi quid sit prius, vel primum in ordine, nisi ipsum esse ostendatur in ordine? At hic deficit Sanderus.

XXIX. Iam tertio: *Primus vero Petrus*, inquit, accepit potestatem ligandi, & soluendi, & pascendi. Hoc vero incertū. Nam cū ei dictū, *Dabo tibi claves* nihil exhibebatur, sed tantam promittebatur quod erat exhibendum, nec ei scotum, sed vna cum ceteris Apostolis, vt parebit proximo argu-

mento. Sed, vt nunc quidem eam quaestionem non moueamus, & demus primo exhibitas claves esse: tamen iterum disceditur à quaestione. Non fuit enim propositum ostendere, vt primum eam dignitatem Petrus accepit: sed vt in ordine, hoc est, sic vt esset ordinarius. Et si autem verum est, ordinariū esse ab ordine denominatum: & verum sit etiam id, quod primum sit in ordine (quod tamen non assumpsit Sanderus, siue sophistice, siue impetite, siue in cogitante) esse ordinariū: tamen falsum est, quicquid primum est, id ordinariū esse. Quid enim? non fuit in Ecclesia principis ipsa Apostolatus dignitas? Et tamen conceditur fuisse extraordinaria. Non omnium primus doctor Christus? & tamen extraordinarius: quare, etsi constaret omnium primum suam auctoritatem accepisse a Domino: non esset tamen consequens, esse ordinariū pastorem.

XXX. Praeterea, ne illud quidem quaeritur, vt primum fuerit institutus ordinarius. Quid ergo? Vtrum solus. Non est autem necesse, eum esse solum, qui primum in aliquam dignitatem adsciscitur. Nihil enim prohibet, quominus ei postea collegae addantur. Atque id hic factum discrete Cyprianus agnouit, vt postea videbimus suo loco. In Rebus publicis quotidie vsu venit, vt qui ab initio pauciores erant magistratus, fiant plures, eodem iure, dignitate, potestate. Apud Romanos olim, qui prima institutione quatuor erant Pontifices, postea facti sunt octo. Senatores, qui primum sub Regibus centum: à Bruto *τετρακοσιοί*, primoque Consule instituti trecenti, teste Livio primae Decadis libr. 2. qui ipse numerus deinceps variis accessionibus auctus: tandem infinitus tactus est sub Imperatoribus. Praetor primo vni: us: tum additus alter; facta distinctio inter vrbani & peregrini: denique pro numero prouinciarum.

XXXI. Audio Sanderum excipientem, res rationeque omnes ad suam originem reuocandas, si volumus scire quid legitimum & solemne primum fuerit, & quid deinde extra ordinem accesserit: vnde Christus respondit, *Ab initio non erat sic.*

XXXII. Quid ergo? Censetne Sanderus nihil esse in vilo ordine legitimum, nihil ordinariū, quod non fuerit statim ab initio? Dicat ergo suos Archiepiscopos, Metropolitanos, Primate, Cardinales, nec legitimos, nec ordinarios. Ne quidem Episcopos. Diaconos: quia post Apostolos institutos creati sunt. Exemplum autem Christi, de matrimonio respondentis, nihil ad rem. Nunc enim non agitur de corruptione Ministerii Ecclesiastici, vt Christus agebat de corruptione matrimonij quo alio valeret argumentum. Aut etiam generalius, non agitur de ipsa ministerij natura; sed tantum de personis id ministerium exercentibus. Quemadmodum autem inepte concluderet, qui negat omnibus hominibus licitum matrimonium, quia ab initio solus Adam & Eva, eo vinculo copulati leguntur, & qui per totum orbem velle septem omnino, nec plures constituit Diaconos, quia totidem ab Apostolis creati sunt: sic non potest non absurde concludi, vnum solum esse ordinariū ministrum, quia ab initio Petrus fuerit solus: si tamen hoc ipsum aut conceditur à nobis, aut ab aduersariis probatur. Nam ne ipsi quidem, ipsi, inquam, Papistae, qui discipulis successisse dicunt Episcopos, hos non plures esse volunt, quam septuaginta.

XXXIII. Haec igitur in hoc Sorite antecedentia, cum tot absurda contineant, quis expectet aut speret sanam conclusionem? In Petro, inquit, solo primum instituta est potestas ordinaria. At haec ab illis antecedentibus nulla legitima ratione eruitur. Nam de Petro primo, non solo, haecenus est actum. Deinde, de potestate ligandi, soluendi, pascendi: non vero de potestate ordinaria. Quis autem nescit, & ligandi, & soluendi, & pascendi potestatem aliam esse ordinariam, aliam extraordinariam? Certe ipsi aduersarij sentent, in reliquis Apostolis fuisse extraordinariam: nos asserimus in omnibus aequae. Est igitur fallacia *ἡ ἐκ τῶν ἀπὸ κεφαλῆς*. In Petro primo fuit potestas soluendi, ligandi, pascendi. Ergo potestas ordinaria. Deinde, si intelligitur temporis praerogatiua, hoc sensu, vt cum Petrus institutus est, nulli eodem tempore, (& vt hodie loqui solet Papistae) eadem creatio cum eo facti sint ministri; respondemus, vt prius & esse admodum incertum, & nihil ad rem facere. Sin autem intelligas, sic ante alios creatum, vt ei nunquam collegae adderentur, tum vero falsum asseri constanter assereramus. Nam eadem potestas, (inquit Sanderus ipse) ceteris Apostolis communicata est. Petrus ergo non remanet solus.

XXXIV. Atqui inquit, noluit Christus mutare aut reuocare quod prius dederat Petro. Ita tamen, inquam, itaque permansit Apostolus vnus in duodecim. Sed nunquam Christus promiserat, multo minus dederat hanc dignitatem, vt solus esset Pastor ordinarius, cum reliqui tantum essent legati.

CAP. VII.

Argumenta Papistarum, quibus probant à Christo Petrum factum Ecclesiae fundamentum.

I. Haec ergo nostra erant argumenta, contra Papistici syllogismi maiorem. Nunc examinanda ea, quae Stapletonus colligit ad eandem confirmandam in Repetitione controu. 3. art. 1. Conclus. 3. Is enim contendit d'ferre Christum docere, ideo Petri cognominè se antea Simonem donatum fuisse, quia futurus esset vera Ecclesiae suae petra; id est, rupes & fortitudo inuicta: nempe & significandae Ecclesiae fundamentum; primus & chitactus; indefectibilis magister, & supremus pastor: eumque esse eorum verborum sensum literalē & germanum. Atque hoc vt doceat, tria obseruari postulat: occasionem loquendi: quomodo loquutus: & denique quid loquutus sit Christus. Quae singula ordine explorabimus.

II. Ocasio, inquit, & circumstantia docet Christum hoc loco personae Petri aliquid singulare, & excellens, & proprium quoddam donum suum velle conferre. Ratio est: Quia cum Petrus propositum problema soluisset, Christus laudata prius fide, & aperiens Patris reuelationem, & donum excellens Petro datum primo: postea suum proprium donum,

donum, quafique tanta fidei & obedientiæ mercedem additurus, ait; Et ego dico tibi. Itaque verba fequentia manifefte aliquid continere debent ipfi Perfonæ Petri à Chrifto collatum.

III. Refpondeo: concedi à Chrifto tribui perfonæ Petri aliquid excellens. Sed fingulare, & proprium diftinguimus. Nam fi fingulare, ad ipfum donum referatur, vt fignificet aliquid inter multa dona eminens: quomodo dicimus, Virum eruditionis fingularis, concedimus: Nam & reliquis Apoftolis id donum fic fingulare conceffum eft: Sin autem referas ad perfonam Petri, vt fenfus fit, id donum fuiſſe Petro fingulare, hoc eft, illi ſoli datum: tum vero negamus. Similiter, proprium fi intelligas, quod ei, & ſemper: vt apud Virgilium, propria hæc fi dona fuiffent: admittimus, Petro fic aliquid proprium tribui: quod fuerit itidem proprium reliquis Apoftolis. At fi proprium ſumitur, quod vni, ſoli, & ſemper: negamus.

IV. Ad rationem autem dico, conſuſionem primo non eſſe legitimam: deinde inutilem. Qui vnam tantum quæſtionis partem continet: videlicet Petri perfonæ aliquid tributum, alteram negligat; nempe, id quod tribuitur eſſe ſingulare, & proprium. Nam quæcumque vni alicui perfonæ tribuuntur, non ſunt tamen ſingularia, aut propria. Nec vlli Patres hoc aſſerunt Non Cyrillus, cum dixit, *Beatus Petrus tam nobilibus honores conſequutus eſt, Filium Dei conſeſſus.* Non Hilarius: tum, *ſupereminentem & ultra humana infirmitatis modum gloriam;* nominat. Non Chryſoſtomus. Hæc enim, *Quoddam hic eſſe Filij donum proprium Petro datum, ſicut Patris quoddam donum erat eodem conceſſum. Pater enim revelauit Petro Chriſtum eſſe Filium Dei: vni: Filius tribuit Petro, vt ſic Eccleſiæ Petra:* Hæc in quâ, verba, quæ Stapletonus recitat tãquam à Chryſoſtomo, Stapletoni ſunt, Chryſoſtomi nunquam fuerit. Chryſoſtomus hæc tantum. *τί τῆς κτλ δίδωμι σοι, ὡς ἀπὸ πατρὸς σοι ἔδωκε τὸ ἐμὲ γυναικί, ἔτι καὶ ἐγὼ σοι δίδωμι, καὶ ὅσα εἴπῃ, πάντα κληθήσονται τῷ πετρῷ, καὶ τὸ ποῖον, ὡς ἔξω σίας ἢ ἐνδοχίας, καὶ ὅσα εἴπῃ τὸ μέγιστος ἀφ' αὐτῶν ἀπὸ τῆς ἐγὼ σοι δίδωμι ἢ δίδωμι εἴπε μοι; τὴν κληθῆναι βασιλείας τῆς οὐρανῶν. Quid eſt, Et ego dabo tibi? Quemadmodum Pater dedit tibi vt me agnoſceres, ſic & ego tibi dabo. Nec dixit, rogabo Patrem, quamuis magna eſſet potentia oſtentatio, & doni magnitudo ineffabilis. Verum tamen ego tibi dabo. Quid dabo, que ſo? Claves regni cælorum. In quem locum non pauca peccat Stapletonus: Primo, quod infertur, proprium, de ſuo: nam id Chryſoſtomus nunquam poſuit. Secundo, quod donum referat ad nomen Petri: cum Chryſoſtomus referat ad claves cælorum. Tertio, quod non aduertat iſtam comparationem: quemadmodum Pater dedit tibi vt me agnoſcas: ſic ego tibi dabo. Petro enim eſt dedit id Pater: tamen non dedit tanquam ſoli: nam multi alij idipſum habuerunt: ergo, ſi fic datum eſt à Chrifto alterum donum, dicendum eſt, non eſſe datum ſoli.*

V. Altera obſeruatio Stapletoni eſt, quam emphaticæ, & ſignificatiue Chriſtus ſit loquutus. Primo enim iubet aduertere quis loquatur, *Ego dico.* Deinde eum nouo nomine compellat, quod antea feciſſe non legitur, *Tu es Petrus.* Tertio coniunctiue addit, *Et ſuper hanc Petram,* ſcilicet quæ tu es: alioquin coniunctio erit, vel oſoſa, vel falſa: Si autem ſerio, & vere apponitur, prorsus perſonam, cui ita expreſſe loquitur, ſignificare debet.

VI. Refpondeo: concedi, & emphaticæ & ſignificatiue Chriſtum eſſe loquutum: ſed tamen negari ſenſum Papiſticum eſſe literalem, aut genuinum: hoc eſt, Petrum eſſe ordinarium fundamentum Eccleſiæ, & quidem ſolum: quæ quæſtio eſt in qua nunc verſamur. Itaque in primo fateor eſſe emphaticam in designatione perſonæ loquentis. Sed nego ſequi, ſi Chriſtus is eſt qui loquitur: ergo Chriſtus dixit Petrum ſolum eſſe ordinarium fundamentum. Nam alias ſæpe illud legimus, *Ego dico,* vbi tamen eiſmodi nihil ſignificatur. Luca vndecimo, *Et ego dico vobis, Petrite, & dabitur vobis.* Et decimo ſexto, *Et ego vobis dico, facite vobis amicos ex mammona inuulſo.* Ioannis decimo ſexto, *Ego veritatem dico vobis.* Itaque illud ego, non ſenſum moderatur eorum verborum quæ proferuntur, ſed tantum indicat perſonam à qua proferuntur.

VII. In ſecundo: primo, falſum eſt: compellari nouo nomine. Compellatio enim facta eſt nomine veteri, *Simon Bar-jona.* Tantum eſt indicatum nouum illud nomen: *Tu es Petrus:* quo Stapletonus dixit nunquam antea ſic compellatum eſſe: cum tamen legimus Ioannis primo, *Tu vocaberis Cephas.* Secundo, ea compellatio nullam habet vim argumenti: non enim ſequitur, appellauit eum nouo nomine: ergo conſtituit ſolum Paſtorem ordinarium: niſi forte id nomen hoc ſignificaret à ſeipſo: quod falſum eſt: atque adeo idipſum quod nunc diſputatur.

VIII. In tertio miſere ſe Grammaticum prodit. Nam vnde habet particulam coniunctiuam, &, prorsus perſonam ſignificare debet: illa vero orationis membra copulat, non autem relationis munere fungitur. Itaque, ſi quid in his verbis eſt, quod referatur ad præcedentem Petri perſonam, id pronomini *Hanc* acceptum referri debet. Nam, *Et,* referendum ad *Dico tibi,* hoc ſenſu; vt duo dicta ſint Simoni, vnum, ipſum eſſe Petrum: alterum, ſuper Petram Eccleſiam eſſe ædificandam: hæc Grammatica conſtructione: *Dico tibi, Tu es Petrus: & dico tibi, Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Vtrum autem illam petram referri oporteat ad Petrum, an ad aliud quippiam, al. undè ratio quaerenda. Et tamen, etiam ſi concedamus Stapletono quod ſupponit, nihil concludit: non enim ſi dicitur, & ſuper hanc petram, quæ tu es, ideo ſequitur, ſolum Petrum eſſe petram Eccleſiæ ac fundamentum, ſive ordinarium Paſtorem.

IX. Tertia obſeruatio prolixior eſt: & in his verbis, *Super hæc Petram ædificabo Eccleſiam meam:* in quæſis tria expendit: Vim verbi *ædificabo:* quantum importet, *Super hanc Petram:* denique quantum valeat, *Eccleſiam meam.* Attendamus ſingula. Ad primum notari iubet, Chriſtum non dixiſſe: *ædificabitur Eccleſia mea:* vel, tu ædificabis Eccleſiam meam: ſed *ædificabo:* & eo ſignificari ait, me ædificante, & te ſemper in fidem ſolidante, vt ſis vere immobilis petra: me agente, tibi que ſemper cooperante, ædificabitur Eccleſia mea.

X. Hæc Stapletoni verba: in quibus quid potiſſimum mirer? audaciamne, an ſtultitiam? Vtrumque potius. Primo audaciam: vnde enim illa, te ſemper in fide ſolidabo, vt ſis vere immobilis petra, tibi que ſemper cooperabor? Vnde, inquam, habuit illa includi eo verbo *ædificabo?* Si ha-

bet autores, ſi habet argumenta, proferro. Sin habet non aliunde quam à ſe ipſo; quid niſi *γάλαξος ὀφθαλμῶν*? Imo Baſilius inſurgit, qui non Petrum, ſed Chriſtum credi vult: *ὅτι τῶν ἀσπίδων ἀπὸ πέτρων.* Deinde ſtultitiam? Nam vt hæc illi gratis concedantur, quid ad Oecumenicum pontificatum? Non enim ſequitur, aut Petrum ſolum eſſe petram: aut eam petram ſignificare Oecumenicum. Et hoc tamen eſt quod quaeritur.

XI. Tranſeo ad ſecundum. His verbis, inquit, *Super hanc Petram,* primo intelligitur Petri perſona: tum ex copula coniunctiua: tum ex conſenſu omnium Patrum. Deinde oſtendit Chriſtus, Petrum non fore quælibet architectum, aut Paſtorem Eccleſiæ ſuæ: ſed plane primarium & fundamentalem: ſive caput & fundamentum miniſteriale. Probatur, primo quod appellet non ſimpliciter Petram: ſed hanc petram, id eſt, petram miniſterialem, & participatue dictam: ſecundo, quia propter hæc verba Patres Petrum vocant fundamentum: tertio ex vera ratione fundamenti, ſeu petræ per metaphoram dictæ: cuius tres ſunt conditiones: prima, vt ſit fortiſſimum, & immobile: ſecunda, vt primum locum in ædificio obtineat: tertia, vt à nulla parte ædificii pendeat: ſed ipſum eſt tota ratio ſuſtinenti alia. Hæc vero conditiones Petro conueniunt. Nam primo, Petra eſt propter fortitudinem fidei: ſecundo, mortalium primus hanc fidem hoc loco profeſſus eſt: poſtea que primus eam fidem docuit Iudæos, & Gentes: tertio, immediate à Deo hanc fidem accepit, ipſo Patre reuelante.

XII. Hæc vero probant, Sophiſtas, quanto ſubtiliores, tanto eſſe ineptiores. Petri perſonam designari, ante falſum probauimus: & coniunctiouis *ἀπὸ πέτρων* exhibuimus: docuimusque Patres in id omnes non conſentire: ſed paucos tantum opinari. Et tamen hoc capite, eſt non concedamus, ponimus tamen; in gratiam eorum Patrum, qui ſic ſenſerunt: ſed negamus inde confici Oecumenicum Pontificatum.

XIII. Eſt Petrum paſtorem primarium, fundamentalem, & caput, & fundamentum miniſteriale: non eſt nunc nobis integrum negare: poſtquam ſuppoſuimus eſſe petram. Sed hæc non eſt quæſtio: quin potius illud videndum, vtrum ſolus fuerit. Nam nos quidem omnes Apoſtolos eodem honore fuiſſe aſſerimus dignos habitos. Nimirum Episcopopi ſunt capita & fundamenta miniſterialia ſuarum Eccleſiarum: Apoſtoli vero fuerunt omnium: quia nullis certis regionibus eos Chriſtus deſtinat: ſed liberam legationem (vt ita dicam) conceſſerat eundi in orbem terrarum vniuerſum. Ita non fuerit Petrus Oecumenicus Pontifex, ſaltem qualem quaerimus: quia hunc oportet non tantum eſſe caput, & fundamentum miniſteriale, ſed etiam ſolum omnino. Hoc vero nunquam Petro conceſſum fuit.

XIV. Et tamen probationes ſunt inuiles: tum quia non concludunt: tum quia non in ſolum Petrum cadunt. Quia reliqui Apoſtoli fuerunt petræ miniſteriales, & participatiuæ: eſt hoc non neceſſe eſt ſignificari per *hanc Petram.* Et Patres Petro fundamenti nomen tribuerunt, ob aliam cauſam, quam ob Oecumenicum pontificatum; atque aliis quam Petro, vt antea oſtenſum. Denique ſi fundamenti eæ proprietates ſunt, reliquique Apoſtoli fundamenta fuerunt, tum neceſſe eſt reliquis Apoſtolis eas proprietates eſſe communes. Atque adeo nunquam Petrus ſolidior aut conſtantior fuit Paulo, vt hunc exempli cauſa nominem. Eſt primus eam fidem conſeſſus eſt: tamen non ſolus: imo potius ſi primus, ergo non ſolus: nam in ſolitudine, nihil ſecundum, ideoque nihil primum. Nec illi ſoli immediate à Deo ea fides tradita: nam & Paulus idipſum profiteatur: & de reliquis Apoſtolis verum.

XV. Super ſunt poſtrema verba, *Eccleſiam meam:* Hæc inquit ille in deſin te dicta, ſignificant totam Eccleſiam Chriſti: & Petrum totius Eccleſiæ primarium paſtorem fore.

XVI. Refpondeo, primo in deſinitam propoſitionem non neceſſario eſſe vniuerſalem: Atque adeo hic ſi eſſet, contineret Eccleſiam triumphantem: quod eſt abſurdum, ſi de Petro locus intelligitur: quia ſuper eo non fundatur illa: ſed tantum militans: Secundo, non quaeri verum tota Eccleſia ſit Petro credita, ſed vtrum ſoli: illud enim facile nos concedere; quia Apoſtoli dictum, *Docete omnes gentes:* hoc vero negare: quia in dem ius conceſſum omnibus & ſingulis Apoſtolis. Tertio, ſi primarium intelligas vnum & primarium: quomodo Paulus nominat *τῶν ἀπὸ πέτρων ὀφθαλμῶν*, tum nihil eſſe abſurdum; eſt verba, *Eccleſiam meam,* nō id ſignificant: ſi autem, vt præter vnum nullus fuerit primarius: tum non tantum non ſequi ex verbis Chriſti, ſed etiam falſo aſſeri.

C A P. VIII.

Claves cælorum non eſſe Oecumenicum Pontificatum.

I. Hæcenus prolixè de Petra. Nunc hæud minor cōtrotēſia ſurgit de Clauibus. Sic enim Papiſtæ arguunt: Quicumque accepit claves regni cælorum, iſ eſt Oecumenicus Pontifex: At Petrus accepit claves illas: Ergo eſt Oecumenicus Pontifex. Et probant aſſumptum ex Matthæi 16. *Et tibi dabo claves regni cælorum: & quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in cælis, & quicquid ſoluueris in terra, erit ſolutum in cælis.*

II. At nos Maiorem propoſitionem negamus: duobus argumentis: Quorum prius eſt à Clauium deſinitione. Sunt enim aliud nihil, quæ poteſtas ligandi & ſoluendi, vt ſtatim ſubiicitur hæc ipſa explicatio, à Chriſto. Porro hæc illa poteſtas conſiſtit in peccatis remittendis & retinendis. Auguſt. in Ioannē tract. 50. *In Eccleſia ſit, vt qua in terra ligantur, in cælo ligentur: & qua ſoluuntur in terra, ſoluuntur in cælo: quia cum excommunicat Eccleſia, in cælo ligatur excommunicatus: quum reconciliatur ab Eccleſia, in cælo ſoluatur reconciliatus.* Theophylactus in Matthæi 16. *κλειδὸς ἰσοφύτου τῶν ἁμαρτιῶν καὶ λύουτος, τὸς τῶν φελλῶν τῶν ἀσχυρῶν, ἢ ἐπιτιμῶν: Claves intellige eas, quæ ſoluunt & ligant, peccatorum vel condonationes vel punitiones. Anſelmus in eodem loco, *Ligare & ſoluere, eſt ſuper terram vnius excommunicare & abſoluere.* Quis autem ambigat hanc peccatorum retinendorum, ac remittendorum poteſtatem longe aliud eſſe ab Oecumenico Pontificatu?*

XVIII. Veruntamen, capite decimo octavo Matthæi nullæ nominatur clauis. Inuidium sane argumentum. Non vocantur eo loco: ergo nusquam. Quasi diceret: Christus Euangelij secundum Matthæum primis verbis non appellatur Deus: ergo nusquam. Imo, ergo non est Deus. Ast e contra. Alibi appellatur Deus ille idem natus ex Maria: Ergo cuius generationem Matthæus descripsit, idem est Deus. Nonne Catholice? At similis nunc ratio: nisi lesuitis non ratio placeret, sed voluntas esset pro lege.

XIX. Stapletonus, Conclusionem 4. Articuli primi, quæst. 1. controuersam in Relectione illa verba, *Et quæcumque ligaueris, cum seque[m]ur tibi, fette non potest esse expositionem eorum. Tibi dabo clauis*, sed rem plane distindam iis promitti. Quod probat à particula, *Et*, per quam, quia cætera omnia distinguuntur, videlicet, *Ego dico tibi, & super hanc petram, & porta inferi non præualebunt: & tibi dabo clauis*: Ergo & hoc postremum: *Et quodcumque ligaueris*. Esse autem hoc de ligando, & hoc postremum: *Et quodcumque ligaueris* potestatis clauium, non totam, & adæquatam potestatem: quia duplex est iurisdictionis, altera in foro interiori, altera in foro exteriori. Quarum hæc hic significatur, & Matthæi 18. Illam vero Ioannis 20. Hæc etiam à non Sacerdote exercetur: illa tantum à Sacerdote iurisdictionem habente. Itaque illa maior, planeque maxima pars est potestatis clauium. Porro nunquam in Scriptura legitur, omnibus Apostolis datas clauis.

XX. Respondet, Stapletono Bellarmino contradicere: atque hanc sententiam à Caierano mutuo sumptam, ex professo refutare, capite 12. libri 1. de Pontifice Romano. Inaudium enim esse in Ecclesia, alias esse clauis, quam ordinis, & iurisdictionis. Et planum esse seorsum, ut primo promittatur autoritas, seu potestas designata per clauis: deinde officium, siue actiones explicentur. Ita, non cum Catholicis tantum: sed & secum Papistæ concordant. Et sane, quis non videt temere discerni contextum? Quis non videt id, quod significatum fuit per clauis, explicari per ligare & soluere? Et sic omnes hæc tenent Interpretes. Augustinus dicitur in Ioannem tractatu 12. 4. *Ecclesia clauis accepit, id est, potestatem ligandi & soluendi*. Anselmus in Matthæi 16. *Clauis regni cælorum, ipsam discernendi sententiã, & potentiam nominat: potentiam, quæ ligat, vel soluat. Discretionem, quæ dignos, vel indignos discernat*. Nec Scholastici aliter clauis definiunt. Biel in 4. Sententiarum distinct. 18. qu. 1. *Sic describitur clauis spiritualis: est potestas iudicandi, id est, soluendi, & ligandi: quæ dignos recipere, & indignos excludere debet à regno Dei Ecclesiasticus iudex*. Ioannes de Turrecremata in Summa de Ecclesia libro 1. c. 93. concl. 8. *Conuenienter clauis definitur, cum dicitur: Clauis est potestas ligandi, & soluendi, quæ Ecclesiasticus iudex dignos recipere, & indignos excludere debet à regno*. Sic Durandus in 4. Sententiarum distinct. 18. quæst. 1. Altenstaig in Dictionario Theologico. Huius ipse Cardinalis in Confessione Peccati ouensis, c. 47. *Ipsa ligandi, soluendique potestas Sacerdotibus à Christo data est, quæ clauium nomine appellatur*. Mirum, hoc postremo tandem seculo surrexisse Stapletonum, qui suarum etiam cornicum oculos cõfigeret: differentibus tamen Maldonato, Iansenio, Francisco Luca.

XXI. Nec valent argumenta. Nam *ἡ ἐκκλησία* quam est inepta? Non enim semper connectit ea quæ reapse diuersa sunt: sed etiam sæpe ea quæ verbis tantum differunt. Atque adeo ipsi Papistæ hoc ipso loco non aliter interpretantur, cum contendunt, *Et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*. Esse explicationem eorum, *Tu es Petrus*. Cur non etiam recte, illud ligare, & soluere, sumatur pro declaratione clauium?

XXII. De duplici foro, facile negotium. Nam vtrumque pertinet ad potestatem spirituale Ecclesie: & vtrumque versatur in ligando, & soluendo. Altenstaig, *Forum Ecclesie duplex est: vnus secretissimus, in quo idem est accusator, & reus, quæ dicitur forum anime, vel forum penitentiæ: & ad istum forum pertinent clauis potestatis, & scientia. Alius est forum publicum, quia Ecclesia habet auctoritatem corrigendi delicta publica: & ad hunc requiritur duplex auctoritas, scilicet cognoscendi, & iudicandi, sicut in priori foro*. Ad vtrumque forum ergo clauis pertinet. Clauis autem definiuntur per ligare, & soluere: Ergo & forum vtrumque.

XXIII. Quin etiam vix crediderim apud se fuisse Stapletonum, cum hæc eff. turet. Nam forum conscientie dixit esse longe maiorem partem clauium: & tamen significari Ioannis 20. At hoc loco nemini dubium est, Christum esse loquentem omnibus Apostolis suis. Vider ergo illum longe maximam partem datam Apostolis. Quo iure sint minores Petro? Deinde forum interius significatur Matthæi 16. & Matthæi 18. forum exteriorius Ioannis vigesimo. Ergo, inquam, vtrumque forum concessum Apostolis. At vtrumque forum est tota & adæquata potestas clauium. Ergo, tanta & adæquata potestas clauium, non tantum Petro, sed etiam reliquis Apostolis est concessa. Sic veritatis, id est, nostra plena est victoria.

XXIV. Non esse autem datas clauis reliquis Apostolis: si totidem concepta verba intelligas, cum Karnskovkio, concedo non haberi è Scripturis. Sed quanta hæc est sophistice, cum de re constat, de verbis litigare? Potestas ligandi, & soluendi data est omnibus Apostolis. At clauis, sunt potestas ligandi, & soluendi: Ergo, clauis datæ sunt omnibus Apostolis. Non potest non esse certissimum argumentum. Et sane Patres ita discrete testati sunt.

XXV. Sed de Patribus multipliciter excipit. Primo, id agonistice dicit Hieronymum libro 1. contra Iouianum, & in certamine contra aduersarium. Secundo, Apostolos omnes parem potestatem accepisse, ratione Apostolatus temporanei: & quoad sibi subditos: non autem ratione officij pastoralis duraturi: & in respectu mutuo ad se inuicem. Tertio, Patres, cum dicunt ceteros Apostolos accepisse clauis, exponere, quoad potestatem ligandi, & soluendi: non quoad plenam, & adæquatam potestatem clauium. Quarto, solum Petrum singulariter, & nominatim, tum clauis ipsas, tum potestatem ligandi, atque soluendi, hoc loco accepisse, ceteros vero Apostolos, non nisi communiter. Matth. 18 & Ioannis 20.

XXVI. Sed ego in isto: & ad primum, si Hieronymus agonistice dicit, at non reliqui Patres. Sed quid tum, si agonistice, dum ne falso? Ad secundum. Omnino parem potestatem omnes acceperunt Apostoli, respectu clauium: sic enim Patres, id est, quoad potestatem ligandi, & soluendi. Deinde, Petrus non fuit pastor ordinarius magis quam reliqui Apo-

stoli. Tertio, officium pastorale ordinarium, minus est officio extraordinario Apostolatus. Itaque si id verum esset, tum Petro minor esset concessa potestas, quam reliquis. Ad tertium: Potestas ligandi, & soluendi, est adæquata potestas clauium, ut ante dictum. Ad quartum: Petrus hoc loco nihil accepit: quia nihil ei datum, sed tantum promissum. Itaque nihil singulariter accepit. Sed accepit communiter cum reliquis Apostolis. Deinde etiam si singulariter accepisset, nulla esset inde præminentia. Nam officarij alias singuli creantur, alias multi: ut à Papa ipso Cardinales solent. Et tamen, qui solus creatus est, id est, cum quo nulli sunt creati eadem creatione, non propterea maior est iis qui simul.

XXVII. Hactenus Stapletonus. Sed Bozius libro de Signis Ecclesie 18. c. hoc ipsum cõmentum postremum vrget diligentius. Cunctis ergo Apostolis Christum dedisse ait: usque ligandi, & soluendi: id est, vniuersis, non singulis. Non negare igitur cunctis Apostolis clauis regni cælorum mandatas ex æquo: sed id videri se, non singulis seorsim à reliquis datas, nisi soli Petro: atque ita vniuersos in vnum collectos potuisse ligare & soluere: neminem tamen solum ac distinctum à reliquis, nisi vel Petrus solus, vel alij cum Petro dedissent illi hanc potestatem.

XXVIII. Respondet, hinc manifestissimum euadere, non defendi Occumenicam tyrannidem ratione, aut veritate: sed mera impudentia, quæ non argumentis disputet, sed immani quilibet fingendi, asserendique audacia. Atqui primo flagellatur à Bellarmino Bozius. Nam c. 8. lib. 1. de Pontifice dicitur is asserit nusquam in Scripturis collatam summam potestatem concilio Sacerdotum: & quæcumque auctoritas Apostolis, cæterisque discipulis à Christo concessa est, non solum omnibus, sed etiam singulis esse concessam. Contradictio. Singulis est concessa: singulis non est concessa. Secundo, Cyprianus dilerte reliquos Apostolos comparat Petro, *Hoc erant reliqui Apostoli, quod Petrus pari consortio præditi honoris, & potestatis*. Vnde sequitur, eandem potestatem, quæ fuit in Petro sine reliquis Apostolis, fuisse in reliquis Apostolis absque Petro. Denique, vnde nobis Bozius elicit, Paulum clauibus cæli nunquam usum esse, nisi accepta potestate, vel à Petro solo, vel ab omnibus Apostolis? Imo ipse Paulus contra, de sui Apostolatus auctoritate loquens, *ἰσχυρὸς ἐστὶν ὁ θεὸς ὁ κατασκευάζων τὸν ἄνθρωπον, ὅτι οὐδεὶς δύναται ἀντιστηναι τῷ θεῷ, ὅτι οὐδεὶς ἀντιστηναι τῷ θεῷ δύναται*. Quis videbantur esse aliquid nihil contulerunt.

XXIX. Est vero Bozj ratio absurdissima, ut suum illud probet de omnibus, non singulis. Quid ita, inquit? Quia non singulos est alloquutus Christus, cum largitus est illis id iuris: sed cunctos in vno coactos. Tum enim si hoc concedatur, necesse erit concludere Apostolorum neminem potestatem habuisse prædicandi Euangelij, nisi ab aliis prius postulata venia. Nec enim singulis seorsim, sed omnibus simul dictum. *Ite, docete omnes gentes*. Quid ergo Paulus? Peccauerit sane, qui Euangelium, quod acceperat ex reuelatione prædicauit, antequam contulisset cum carne, & sanguine.

C A P. X.

Vtrum similes sint loci, Matthæi 16. Matth. 18. Ioan. 20.

I. Sequitur nunc labor magnus. Quos enim locos è 18. Matthæi, & Ioannis 20. comparauimus cum Matthæi 16. videntur esse similes. Et de posteriore quidem (inquit Bellarminus) nulla difficultas. Quamobrem vero? Nam nos quidem Patres vidimus conferre, itidem vt nos. Et Patribus multum deferre videri volunt Papistæ. Sed quamobrem ergo? Respondet, certum esse, non dari per ea verba omnem potestatem clauium, sed tantum potestatem ordinis ad remittenda peccata. Probatque tribus argumentis. Primo, quia hoc loco determinatur potestas ad peccata: Matthæi vero 16. non determinatur, sed dicitur *Quodcumque ligaueris*: ligant autem homines, non solum peccatis, sed legibus. Secundo, minus est retinere peccatum, quam ligare peccatorem. Nam retinere, est relinquere hominem in suo statu, siue non soluere: ligare autem est nouum vinculum ei imponere, quod fit per excommunicationem, interdictionem, legem. Tertio, Patres dilerte asserunt, dati hic potestatem remittendi peccata, per Sacramenta Baptismi, & penitentiæ. Chrysostomus, Cyrillus in hunc locum, Hieronymus ad Hebræam, quæst. 9.

II. Imo, distinctio est inepta. Primo, quia potestas ordinis, & potestas iurisdictionis, reapse idem sunt, ratione tantum, & quidem per accidens differunt. Nam iurisdictionis limitatur ad subditos: nimirum, vt pascat quilibet gregem suum, non alienum. Sic eadem potestas est Episcopi Eugubini, & Mediolanensis: tantum Eugubinus in Mediolanenses, aut Mediolanensis in Eugubios, nullumius habet. Secundo, Apostoli eandem omnes iurisdictionem habebant: quia iussi erant ire, & docere omnes gentes: Tertio, Patres hunc locum conferunt cum 16. c. Matthæi. Denique, si hoc loco conferatur potestas ordinis: & hæc maior est potestate iurisdictionis: & potestas iurisdictionis traditur Petro his verbis, *Quodcumque ligaueris*. Ergo Apostolis omnibus maior potestas hic tribuitur, quam Petro illi. Nulla autem potestas maior est Pontificatu Occumenico: Ergo Matthæi 16. non conferitur Petro Pontificatus Occumenicus.

III. Nunc ad argumenta. Ad primum: illud quodcumque, nihil aliud esse quam peccata: atque ita Patres explicant. Augustinus dilerte, *Ecclesia, quæ fundatur in Christo, clauis ab eo regni cælorum accepit in Petro, id est, potestatem ligandi, soluendique peccata*. Hinc etiam illud ipsum ligare, & soluere, tum fieri docet in Ecclesia, cum quis excommunicatur, & absoluitur. Theophylactus etiam *ἡ ἐκκλησία ἡ ἐκκλησία τῶν ἀποστόλων, ἡ ἐκκλησία τῶν ἁγίων, ἡ ἐκκλησία τῶν ἁγίων, ἡ ἐκκλησία τῶν ἁγίων, ἡ ἐκκλησία τῶν ἁγίων*. Sed & Scholastici clauis exponunt, per dignos recipere, & indignos excludere. Præterea in condendis legibus nunquam Petro maior fuit auctoritas, quam cæteris.

IV. Ad secundum: Quia remittite peccata, id ipsum est soluere peccatorem: (nam in Scripturis remissio peccatorum significat id omne, quod necessarium est, vt à peccatis liberemur) Ergo retinere peccata, quod illi opponitur, idem erit ligare peccatorem: & tantum hoc intererit quod à priore posterius significetur. Quia enim nõ ligatur homines, nisi propter pecca-

simul esse principales, & accidentales. Ita enim necesse est somniorum somnia esse consequentia.

XXXII. Quarto: Possit remitti peccata, magis quam retineri, nisi ex vi Spiritus Sancti, nunquam credidit Ecclesia Cyrillus in Ioannem libro 11. c. 56. Cum ipsi Discipuli remittunt, aut detinent, spiritus qui habitat in eis, remittit aut detinet. Nec mirum tamen apud Matthaeum, nullam fieri Spiritus dati mentionem: ratio fuit: quia tum, ipso teste Bellarmino, nihil tradebatur aut Petro, aut reliquis Apostolis: sed tantum promittebatur. Nemo autem non videt fuisse satis, ut cum exhiberentur promissa, tum Spiritus re ipsa traderetur.

XXXIII. Quinto: si diversae potestates indicantur, ergo necesse est priorem, quae in Matthaeo, aut nunquam datam, aut eo ipso loco datam. At si nunquam fuit data, illuserit Christus discipulis suis, imo Ecclesiae, quod non abest à blasphemia: datam autem eo ipso loco, id est Matthaei 18. & negat Bellarminus, & ex eo colligitur, quod nondum promoti erant ad vltimum gradum administrandae Ecclesiae, nedum ut essent Apostoli. Ergo hoc superest, ut eam distinctionem falsam esse dicamus.

XXXIV. Sexto: etiam si concederetur haec potestatum distinctio (quamvis id quidem potius est discerpere) tamen esset inutilis. Etenim, ex orthodoxa antiquitate ostensum est eam ipsam Petro factam promissionem, non cedere in solius Petri commodum: sed omnibus esse Apostolis, imo toti Ecclesiae communem. Quare quaecumque illa sit potestas ligandi solvendi que, distincta à potestate remittendi, retinendi que: ea nihil Petro potest arrogare peculiare. Quin potius, cum Matthaei 18. significetur, illa. Et Ioannis 20. ista, sequitur omnibus Apostolis utramque potestatem datam. Petro autem soli (si tamen soli) alteram tantum. Etsi hoc ipsum refutauimus iam antea: & docuimus nullum ius proprium, siue privilegium supra ceteros Petro constari, ex eo quod ad eum diserte & distincte sermo dirigitur.

XXXV. Septimo: si constaret aliquid Petro concessum peculiariter, & diuersas esse potestates, nondum esset plena demonstratio. Antequam enim concluderetur Pontificatus Oecumenicus, ostendendum esset: eam potestatem, quae proprie ligat, & soluit per accedens, maiorem esse altera, quae proprie soluit, & ligat per accedens. Si enim sit aut minor, aut aequalis, vident omnes nihil actum. At Lombardus libro 4. dist. 18. citat ex Ambrosio: Dominus par ius & solvendi esse voluit, & ligandi, qui utrumque pari conditione permisit.

CAP. XI.

Quomodo Petrus gestauerit Ecclesiam personam, & loquutus sit pro omnibus.

I. Quatuor argumentis, quibus Patres docebant, Claves non esse Petro peculiare, sed communes Apostolis & Ecclesiae, vnum fuit neglectum: alterum diligentissime consideratum, & in utramque partem disputatum. Superfuit adhuc duo. Tertium erat ex Augustino, asserente, Petrum gestasse totius Ecclesiae personam, tum cum ei facta est promissio. Quartum ab Anselmo, inde ductum, quod Petrus pro omnibus collegis Christo interroganti responderit.

II. De Ecclesiae persona respondent non vno modo. Ioannes Horantius c. 10. libri 6. locor. Catholic. Caelstis huius donationis finem esse Ecclesiam, in cuius vnus vtilitatem ac commodum cuncta à Christo diriguntur. Non enim Ecclesiam esse propter Petrum, sed magis Petrum ipsum esse ob Ecclesiam bonum, diuino munere donatum à Christo. Petrum ergo sic totius Ecclesiae personam, siue figuram gessisse, ut in veritate claves eas ipse receperit in Ecclesiae bonum: non minus quam apud vnam gentem imperij celsitudo retineri dicitur, quod vnus ipforum ea corona praefulgeat, licet non omnes sint imperatores. Esse igitur eam dignitatem in Ecclesia, postquam Petro fuit collata, Ecclesiae principi. Haec Horantius.

III. At ego: hoc inue vero est, inquam, candide agere? hoc inue Augustinum interpretari? Atqui Augustinus non querit quem in finem datae sint claves: sed querit, cui. Haec vero quaestiones quanto separentur intervallo, quis non videt? Sed & exemplo facile docetur, Vnicuique datur declaratio Spiritus ad vtilitatem, inquit Paulus, prioris ad Corinth. 12. id est, in bonum Ecclesiae, ut totus sermo ostendit. An dicat aliquis, eum, cui datur declaratio illa Spiritus, figuram gestare Ecclesiae, quum eam accipit? Minime vero: est enim non publicum, sed priuatum donum: publicum quidem ipsa vtilitate: sed priuatum donatione, possessione que. Quum igitur quartum Augustinus, cui sint datae claves, Petrone soli, an toti Ecclesiae, importune inculcatur, datae esse in bonum Ecclesiae: quia nihil obstat, quominus & datae essent in commune bonum Ecclesiae: & tamen soli Petro. At Augustinus haec opponit: datae sunt soli Petro, & datae sunt Ecclesiae: ut si soli Petro, non Ecclesiae: & si Ecclesiae, non soli Petro. Si Petro, inquit, hoc tantum dictum est, non facit hoc Ecclesia.

IV. Sed & illud insuper Horantio excidit ineptius: Sic in Petro Ecclesiam claves habere, quomodo vnā gentem Imperium in imperatore. Nec enim dixit Augustinus Ecclesiam habere eas claves in Petro: sed tantum accepisse in Petro: uti vero iis, hoc est, habere eas per se ipsam, distinctam à Petro. Nam si haberet in Petro, solus Petrus iis vteretur: quomodo sic Germania imperium habet in imperatore: ut tamen solus Imperator vteretur autoritate Imperatoria. At negat Augustinus solum Petrum vsum iis clauibus. Nec tantum esse claves asseruit in Ecclesia: quo vix quicquam dici queat exilius. Erant enim in Ecclesia donatio sanationum: erant dona linguarum. Sunt etiamnum scientiae: sunt artes mechanicae: quia ex membris Ecclesiae, hoc est, ex iis qui sunt in Ecclesia, quidam his donati sunt. Sed ipsa Ecclesia propterea non habet, aut iis ipsa vtitur, quod de clauibus dixit Augustinus.

V. Adde, ineptam fore Augustini oppositionem, Petri & Ecclesiae. Nam quemadmodum inepte opponeretur Imperatori Germania, in

hoc argumento, Tota Germania habet Imperium, ergo non solus Imperator: quia Germania non dicitur Imperium habere, comparate ad Imperatorem, sed tantum ad alias nationes, puta Gallicam, Italicam, Hispanicam: ut cum id audias, intelligas Imperium non esse penes Gallos, Italos, Hispanos, sed tantum penes Germanos: qui sensus alius est prorsus, quam cum dicitur, Imperium esse in Imperatore. Sic, si esset verum, Ecclesiam non habere claves nisi in Petro, nemo sanus ferret Augustinum sic arguantem: Tota Ecclesia habet claves: ergo non solus Petrus.

VI. Denique, cum Germania dicitur habere Imperium, id non significat Germaniam ipsam imperare: nam tum necesse esset eius autoritatem porrigi in alias nationes, puta Graecas, Italas, quemadmodum olim Roma: sed significat potius (si ita loqui licet) Germaniam imperari: siue, esse eam regionem seu nationem, in quam imperator habeat autoritatem, sic ut non ipsa imperet, sed potius imperanti pareat. Similiter, si in Petro claves haberet Ecclesia, ipsa proprie non haberet, sed habenti subiiceretur tantum. At Augustinus contendit, ipsam Ecclesiam habere eas claves: & arguit, quod iis vteretur. Quare non recte, nec ex Augustini mente, haec excogitauit Horantius.

VII. Bellarminus disputat, duobus modis potuisse Petrum Ecclesiae personam gerere: historice, aut parabolice. Historice modum explicat, cum quis, re aliqua vere à se gesta, rem ab alio gerendam significat: ut Abraham vere duos filios habens, Deum significauit, qui duos populos habiturus esset. Parabolicum vero, cum res vere gesta nulla proponitur, sed aliquid verisimile fingitur ad aliud significandum: quomodo in Euangelio, qui seminat bonum semen, Christum praedicantem significat. Iam vero Petrum, non posteriore modo, sed priore personam Ecclesiae gessisse: ita nimirum, ut ipse vere & principaliter, ac immediate, claves accepit, & simul eas accipiendo, significauerit: vniuersam Ecclesiam suo quodam modo postea accepturam.

VIII. At Iesuita, vel non bene definit modum historicum, vel non plene distribuit. Est enim tertius modus representatae personae, cum aliquid ita sit historice vni personae, ut tamen ea persona tum ipsa sistatur, tum alias, ad quas id quod sit aequo iure pertineat, representet. Qui modus differt ab utroque Bellarmini. A secundo quidem, quia historicus est, non autem parabolicus, siue fictus verisimiliter. A priori vero, quia non significatur quid aliud, in quo eius personae, quae praesens sistitur, nullae sunt partes: quomodo non tantum duo populi, aliud sunt, quam duo filii Abraham, & Abraham ipse, aliud quam Deus: sed etiam quod Deus habuerit duos populos, id nihil ad Abrahamum, qui potius fuit in altero eorum populorum, quos Deus habuit.

IX. Et illud exemplo. Abrahamo dictum est, Genes. 17. Stabilio factus meum inter me & te, ac semen tuum post te per aetas suas, ut factus sit perpetuum, me esse tibi Deum, ac semini tuo post te. Tum Abrahamus, & ipse ubi proprie historiceque pactum accipiebat: & simul idem ipsum factus accipiebat, seu, ut loqui solent Iurisperiti, stipulabatur pro suo semine, in cuius persona ei dicebatur, Ero Deus semini tui. Ac proinde eius federis non ipse tantum fuit particeps, sed etiam Isaacus, Iacobus, Iosephus, eius posteris, a quo iure cum eo. Similiter, cum Apostolis diceret Christus Matthaei vltim. Ego sum vobiscum usque ad consummationem saeculi, non solis praesentibus fiebat pollicitatio: ut recte Theophylactus exposuit. Ἐγώ εἰμι μετὰ ὑμῶν καὶ ἕως τῆς συντέλειας αἰώνος. ἢ καὶ ἕως τῆς συντέλειας αἰώνος. ἢ καὶ ἕως τῆς συντέλειας αἰώνος. Non solis Apostolis hoc pollicitus est, nempe se cum eis futurum: sed & omnibus simpliciter suis discipulis. Nam Apostoli non erant videri usque ad consummationem. Et nobis igitur, & successoribus nostris id ipsum pollicebatur. Et Augustinus lib. 6. de Genesi ad litteram cap. 8. Christum nos, nondum natos, etiam longe post futuros: nec tantum nos, sed etiam eos omnes qui futuri sunt post nos esse alloquutum dixit. Est igitur necesse tum temporis Apostolos gessisse personam omnium fidelium, quicumque aut erant, aut postea futuri erant. Nec tamen, ut ipsi nihil re vera promitteretur: nec sic etiam, ut ipsi quidem aliquid re ipsa, autem quos referebant aliud quid, metaphorice intellectum. Sed sic potius, ut & ipsi primum sibi certo scirent Christum ad futurum: & ad futurum etiam eundem omnibus fidelibus, quos is in eorum persona quasi praesentes alloquebatur. Idque iure & vi huius ipsius promissionis, non alterius cuiuscunque.

X. Ut igitur rem in pauca conferam: tres erunt modi representatae personae. Nimirum duo, quos Bellarminus descripsit, & appellauit, Historicum, ac Parabolicum. Tertius autem is, quem iam delapsi. Appellamus, si placet, Socialem, quia is qui personam representat, socius est eorum, quos representat, & societatis eius iure, etiam particeps eiusdem beneficii.

XI. His ita constitutis, respondeo ab Augustino Petrum dici Ecclesiae personam gessisse, non secundo modo: quia non proponebat Christus parabolam. Non etiam primo: quia nulla est allegoria, quae per id quod datum est Petro, significet quid aliud Apostolis datum. Sed tertio, nempe ut & ipse sibi claves promissas sciret: & in eius persona eas ipsas tota reciperet Ecclesia, a quo iure cum eo. Calumniatur ergo Bellarminus, cum nos asserit parabolice existimare Petrum significasse Ecclesiam. Sed ne Augustinum quidem intellexit.

XII. Tamen, inquit Bellarminus, non vult Augustinus à Petro claves acceptas, sicut à Vicario quodam, & legato Ecclesiae: quemadmodum à legato regis, nomine principis sui, claves accipi solent alicuius ciuitatis: sed potius ut à principe, & moderatore totius Ecclesiae: quemadmodum dicimus regno dari, quod regi ipsi datur, praesertim si in publicam vtilitatem cedat.

XIII. Respondeo: Vere non datas Petro claves, sicut dari solent Vicario regis: tum enim ipse vera nihil foret datum, quod nisi falso asseri non potest. Datas etiam, ut moderatori totius Ecclesiae, vel potius in eum finem, ut esset moderator totius Ecclesiae: nempe quatenus erat Apostolus. Sed datas in Petro, Ecclesiae, quemadmodum regno dari dicitur, quod datur regi: hoc vero pernegamus. Quae enim dantur regno, quia dantur regi, iis solus rex vteretur, non etiam ipsum regnum. At his clauibus

clauibus Augustinus contendit ipsam Ecclesiam uti frui, etiam seorsum à Petri persona.

XIV. Significatam autem in Petro Ecclesiam, propter eum quem gerebat primatum, concedimus Augustinum dixisse: sed eum primatum intelligi aliter mus, qui esset in ipso Apostolico munere: perinde ac si diceret, propter Apostolatam. Tracta u. ultimo in eundem, Cuius Ecclesia Petrus Apostolus, propter Apostolatam sui primatum, gerebat figurata generalitate personam. De uerbis Domini f. m. 23. Petrus à Petra cognominatus, beatus, Ecclesia figuram portans. Apostolatam principatum tenens. In Psalmum 108. Cuius ille agnoscitur gessisse personam, propter primatum, quem in Discipulis habuit. Sic enim solet Augustinus primatum dicere, pro ipso Apostolato: uel lib. 2. de Baptismo contra Donatistas, c. 1. Quis nescit illum Apostolatam principatum, cuiuslibet Episcopatus praferendum?

XV. Egregie fallitur ergo Bellarminus, asserens sic apud Augustinum à Petro significatam esse Ecclesiam, ut acciperet clauas tanquam summum praelatum, quas reliquis non sine mensura communicaret: hoc enim uir eximius nunquam somniauit, nedum dixerit: sed importunum est commentum eorum, qui quoquomodo Romanam in annidem fulcire conantur. Atque adeo ubi tandem mihi aliquis leger, has clauas non habuisse reliquos Apostolos, puta Paulum, aut Iacobum, aut Ioannem, nisi quantum illas Petrus communicare dignatus sit? Imo Cyprianus ab ipso Christo asserit reliquis datam eandem potestatem cum Petro. Et quid opus fuit eis id à Petro communicari cum mensura, quod ipsi à communi magistro accepissent pari cum eo mensura?

XVI. Negant Papistae. Barradio rationes, hæ sunt. Quia Christus propter responsum Petrum solum remunerat, nulla reliquorum facta mentione. Et quia Petrus non responderit, Nos dicimus te esse Christum. Sed Tu es Christus: quasi diceret: ego dico te esse Christum. Atque hæc de repretentata persona: nunc de responsum pro omnibus. Bellarminus distinguit: respondere aliquem pro aliis uel ut præconem, uel ut Principem, Petrum non ut præconem, sed ut principem caput atque os Apostolorum. Et probat: Quia, si ut præco, tum uel ceteri hanc ei prouinciam demandassent: uel sciuisset quid essent illi responsuri. At neutrum. Non primum: quia ex reuelatione didicit, non ex consultatione humana. Non secundum, quia Iohannis facta est reuelatio. Tum si sciuisset omnium mentem, aliquomodo id indicasset: uel Ioannis 6. Ad quem ibimus? Nos credimus. Sed & Patres testantur, ita esse loquutum, ut ne quidem sciret, quid alii sentirent. Hilarius in hunc locum & lib. 6. de Trinitate. Chrysostomus homilia 55. in Matthæum: Cyrillus lib. 12. in Ioannem, c. 64. Augustinus sermone 124. de Tempore: Leo sermone 11. de Passione Domini: & 2. de sanctis Petro & Paulo. Solus ergo respondit, cum ignorarent ceteri quid potissimum responderent: sed reliqui Petri confessionem silentio suo approbarunt, & eo modo per os Petri omnes responderunt.

XVII. Sed Petrum esse loquutum pro aliis, non patet dicunt Veteres. Ambrosius de Incarnationis Sacramento c. 4. Petrus respondit pro ceteris Apostolis imo pro ceteris. Hieronymus in Matthæi 16. Petrus ex persona omnium Apostolorum proficitur. Cassianus de Incarnatione libro 3. Interroganti Domino Iesu Christo, quem eum crederent, quem confiterentur esse discipuli, respondet primus Apostolorum Petrus, unus utique pro omnibus. Idem enim unius habuit responsio quod habebat omnium fides. Augustinus de uerbis Domini sermone 13. Ipse enim Petrus in Apostolorum ordine primus, in Christi amore promptissimus saepe unus respondit pro omnibus. Ipse denique domino Iesu Christo requirenti, quemnam homines dicerent eum esse, & opiniones uarias hominum discipulis respondens ait. rursusque domino interrogante, & dicente, vos autem quem me esse dicitis? Respondit Petrus, Tu es Christus Filius Dei uiui. Unus pro multis dedit responsum: unitas in multis. Anselmus in Matthæi 16. Respondens Petrus, quamuis eadem uoluntas esset omnium Apostolorum, tamen Petrus pro omnibus respondit: In de Glossa intel linearis, Sciunt & Apostoli: sed Petrus respondet pro omnibus. Lyranus, Tanquam principalis inter alios pro se & pro aliis dedit responsum. Imo Iansenius accedit. Tanquam os Apostolorum, pro omnibus respondet. Et tunc, quis credat Apostolos discrete interrogatos omnes uno excepto tacuisse in re tanta? Itaque sine dubio aut ipsi sigillatim responderunt, aut Petri responsum probarunt. Illud non est uerisimile: non enim omisisset Matthæus. Hoc potius certum.

XVIII. Barra liij utraque ratio principium petri. Nam Petrum solum remunerari negant Patres, nos etiam negamus. Non enim solus, si in eo omnes. Tum autem, Ego dico te esse Christum, Rursus negatur, cum ponitur respondisse pro omnibus. Et longe facilius reperitur dicitur τὸ ἅπαντες. Nos dicimus, quia præcessit, vos dicitis, in interrogatione: Nam & id consuetum, ut qui responder, non ipse repetat quæ expressit interrogans, nec mutatur à respondente. Quæ uero uel non expressa sunt ab interrogante: uel ita expressa, ut respondentis aliter uelit esse, ea solent exprimi respondendo. Exempla sunt in finibus. Et obuia ubique. Itaque cum Christus interrogasset in communi, quem me uos dicitis? Petrus si non pro omnibus, sed pro se tantum respondit, debuit hoc ipsum significare & dicere, Ego quidem dico. Quod cum non fecerit, reliquit repetendum, Nos dicimus.

XIX. Iam fatemur, Petrum non respondisse ut præconem, aut ex mandato ceterorum. Sed distinctionem negamus esse plenam: quia datur tertium membrum: ut dicatur respondisse tanquam unus ex omnibus: quem admouit, cum dicerent Apostoli. Quare ad eos loquens in parabolis, Matthæi 13. & alia saepe alias, non est uerisimile omnes uerbatim confusus uocibus, ea uerba protulisse, sed aliquem ex eo numero pro omnibus. Atque in hoc ipso facto hoc obseruat Gaudentius Tractatu in sua ordinatione, Cum Dominus interrogasset Apostolos, Vos autem quem me esse dicitis? solus Petrus omnium credentium ore respondit, Tu es Christus Filius Dei uiui. Quid statim muneris accepit ista confessio? Beatitudinem scilicet, regniq; caelestis gloriosissimam potestatem. Solus ergo cum loquitur Petrus, nequaquam reliquorum credentium fides excluditur: sed congruus ordo seruatur, dum principi Apostolorum primus loquendi locus iure deferretur, nec uultus quidam magis quam responsio uideretur, si tunc unius se certatim ac pariter respondissent. Non re-

Tom. II.

sponderit ergo Petrus sane ut præco: quid rum? Ergo-ne est necesse respondisse ut caput, & os ceterorum. Absurdum? Non enim quicumq; non responder ut præco, id. o est caput & princeps eorum, quorum nomine responder.

XX. Deinde caput, & principem, & os, quomodo intelligunt? Nam uel Oecumenicum Pontificem, uel præcipuum, & illustrem inter collegas. Si hoc, nihil ad rem. Non enim est consequens, accepisse solum clauas: nam & cum eo Iacobus & Ioannes à Paulo appellantur τὰ κλεῖς δόξουσι: qui tamen æquo iure cum reliquis erant Apostoli: non autem Oecumenici. Sin illud, contradictio est. Nam contendunt Papistæ, has clauas, regni caelorum, id est, Oecumenicum Pontificatum, uel datum ut nonnulli, uel promissum ut alij, & Bellarminus ipse, tanquam mercedem huius confessionis. Unde necessario conficitur, non fuisse Petrum Oecumenicum, ante eam confessionem quam fecit pro omnibus. Quomodo ergo eam confessionem pro omnibus fecisset, tanquam princeps, caput, os, id est, Oecumenicus?

XXI. Ad probationem dico, primum, non esse perfectam distributionem: Aut, inquit, eam prouinciam reliqui mandarunt, aut sciuisset quid essent responduri. At potuit esse neutrum, sed tertium, ut sciret quid illis esset respondendum. Ut autem demus, nec mandatum ei fuisse, nec scire potuisse, quid essent responduri, tamen sciuisset quid esset tam illis quam sibi respondendum: ac sic potuit pro omnibus respondere.

XXII. Deinde, nesciuisse quid essent responduri, ex præiudicio dicitur, non uillo necessario argumento. Contra potius, Ioannis 6. Respondit ei Simon Petrus, Domine ad quem ibimus? Verba uita æterna habes. Et nos credimus, & nouimus, te esse Christum illum Filium Dei uiuentis. Quæ confessio eadem est, cum ista ex Matthæi 16. & facta à Petro omnium hominum: non enim se solum, sed omnes testatur scire, & credere. Nos, inquit, credimus, & nouimus. At hoc ante gestum est, quam id quod narratur Matthæi 16: ut uidere est in Harmonia Gerardi Mercatoris: & in Concordia Zachariæ Chrysopolitani: & in Harmonia Tatiani, atque Ammonij Et Matthæus discrete testatur ex eo tempore cœpisse Christum indicare discipulis suis sibi eundem Hierosolimam, & multa pati à Senioresibus. Quod argumento est, id gestum antequam postremo ascenderet in urbem proficiscens ad passionem. Quid plura? Diserte Cassianus de Incarnatione libro 3. Idem unius habuit responsio, quod habebat omnium fides.

XXIII. Nec contra quicquam probat Bellarminus. Nam soli Petro factam esse reuelationem, quis docuit? aut quomodo? Illa enim Caro & sanguis tibi non reuelauit, sed Pater meus: nihil huiusmodi significant. Quod enim de uno affirmatur, non negatur de aliis. Et, si ei soli, quomodo ante id tempus pro omnibus confessus est, Ioannis 6. Signum particulare cur querunt, ut constet Petrum loquutum pro omnibus? Nam ego potius quererem, quo constaret loquutum pro se solo. Quomodo Matthæi 26. Tamesi omnes offendantur in te, ego nunquam offendar. Tum enim uere distinxit se à reliquis, imo separauit. Hic ergo si dixisset: Quid ceteri sentiant nescio, at ego dico, Tu es Filius Dei uiui: tum certe constaret pro se solo respondisse. Sed quis non uidet Grammaticam constructionem contra inuete? Dicit eis, Vos autem, quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit, Tu es Christus Filius Dei uiui. Quis puerorum nescit τὸ ἅπαντες respondendum, Nos dicimus?

XXIV. De Patribus autem quid dicam? Hilarius, Dignus iudicatus est, qui quod in Christo Dei esset, primus cognosceret. At hæc sublesta fides est & Iesuitica. Hilarius enim dixit, agnosceret, non uero cognosceret. Quid autem hæc dicit: rati ipsi sciunt Grammaticuli. Cognoscere dicimus res quas ante nesciuit, agnosceret uero res, quas ante cognouerat, et tati tibi non excidisse. Itaque Hilarius nihil uoluit, quæ quod Augustinus, primus omnium ueritatem meruit confiteri. Interpres ipse Hilarius 6. de Trinitate, Tamesi in corpore manens Dei Filium se esse professus, tamen Apostolica fides nunc primum naturam diuinitatis agnouit. Neque enim Petro tantum ex confesso honore laus reddita est, sed ex agnitione mysterij: quia non Christum solum, sed Christum Dei Filium esse confessus est. Ergo idem agnosceret & confiteri. Alter locus truncatur. Sic recitat Bellarminus, in ceterorum Apostolorum silentio Dei Filium reuelatione Patris intelligens. Et tacet. At Hilarius pergens, ultra humana infirmitatis modum, inquit, supereminens beata fidei sua confessione gloriam premeruit. Nempe uerillud in ceterorum silentio, nescit, feras ad intelligens, sed ad sua confessione. Confessus est enim cum reliqui silerent. Esto igitur & illud uerum, loquutus est, quod uox humana nondum protulerat: dum prolationem distinguas à cognitione nostra, nihil interest.

XXV. In Chrysostomo manifesta incuria. τὸ ὅτι τὸ τὸ δὲ μὴ γινώσκω ἡ ἰσότης πάντες εἶπον τὸ ἰσότης ὅτι τὸ τὸ αὐτῶν, Πάρος ἀπεπηδὲ καὶ ἀεὶ λαμβάνει. Et quidem, quando interrogabat sententiam uulgi, omnes responderunt: quando uero eorum, tum Petrus proficitur & occupauit. Nota proficitur Petrus: id est, ceteris & occupatis, ac de omnibus respondere, ipse se protulit: & occupauit ἀεὶ λαμβάνει: id uero de iis dici solet, qui alios respondere paratos sua promptitudine præueniunt. Deinde ad quid respondet? Ad interrogationem de fide omnium: τὸ αὐτῶν, non τὸ αὐτῶν: respondit ergo non suam peculiarem: sed omnium communem.

XXVI. Reliqui haud aliter. Cyrillus, primum exclamasse: Augustinus, primum omnium ueritatem meruisse confiteri. Leo, illum primum esse in Domini confessione, & omnium celerrime ora præuenisse. Nemo solum cognouisse: nemo soli reuelatum fuisse. Imo ne solum quidem confessum esse, sed primum: At si primum, non solum. Quis enim nescit tantum in multitudine primum esse?

XXVII. Sic Bellarminus disputabat. Franciscus Agricola, c. 2. probat Petrum non pro Discipulis, sed pro se confessionem edidisse: ex textu circumstantia, & uerbis ac responsis Christi. Prima ratio: Quia Petrus non potuit corda aliorum intueri, & scire an idem de Christo sentirent, nisi illos prius interrogasset: atqui non interrogauit, sed nulla interposita mora Christo respondit: aliis tacentibus. Respondeo: Ioannis 6. similitur respondisse statim, nullaq; interposita mora post Christi interrogationem, Num, & uos uultis abire? Nec tum magis fuisse κηροδογίας: ut tamē

pro omnibus respondisse: Domine, ad quem ibimus verba vita aeterna habes. Et nos credidimus & nouimus te esse Christum illum Filium Dei uiuentis. Non sequitur, ergo non respondisse pro omnibus, etsi non nouerit corda eorum.

XXVIII. Secunda ratio: Non potuit aliorum Apostolorum nomine respondere, quasi idem crederent, quia certum est, Iudam in Christum non credidisse ut Deum. Respondeo, nihil sequi. Nam & Ioannis sexto Iudas non credebat. Et quis nescit in multitudine vix haberi vnus rationem? Quamquam tum erat Iudas in Discipulorum numero: & Christum profitebatur, ut alii: eius doctrinam audiebat, miracula videbat. Itaque tum poterat, ob illam exte nam professionem numerari inter credentes: etiam si non crederet. Denique, quid si id confessus est Petrus, quod omnes debebant confiteri? Neque enim dixit, Ego credo, aut nos credimus. Sed tantum, Tu es Christus Filius Dei uiui: quod quidem verum erat, et iam si non tantum Iudas, sed ne vllus quidem ita credidisset. Adde quod Christum non quaesierat, quem me esse creditis? sed quem me esse dicitis?

XXIX. Tertia ratio: certum est, aut saltem probabile, ne alios quidem Apostolos tunc adhuc Christi diuinitatem credidisse. Si enim credidissent & cognouissent Christum esse Deum, utique non a se habuissent, nec ex carnis suggestione, sed Diuina reuelatione. Atqui Christus aperte testatur, soli Petro, & non alijs Apostolis illam reuelationem esse factam. Respondeo, hoc falsum esse. Nam quod de vno asseritur, de alijs non negatur. Deinde contradicit ipse Petrus Ioannis 6. Nos credidimus, & nouimus te esse Christum illum Dei uiuentis. Theophylactus: τὰς τῶν ἀποστόλων ἐπισημασίας τοῦ ἰσοῦ. Maldonatus, Respondisse pro omnibus, & omnes sentiunt auctores, & eius docent verba. Nota autem credidimus: An ex carnali reuelatione fides est?

XXX. Quarta ratio: Si omnes Apostoli idem credidissent, & Petrus ex eorum sententia & nomine respondisset, non solus Petrus erat dicendus beatus: sed in vniuersum omnes beatificandi. Atqui non dixit Christus, Beati estis, sed ad solum Petrum, Beatus es. Respondeo: quia solus Petrus erat loquutus, solum etiam Petrum fuisse compellatum: sed quia solus responderat pro omnibus, ideo quod is, etsi solus, personam gerebat aliorum: & a Christo quae audiuit, audiuit, & pro se & pro alijs. Propterea Hilarius de Trinitate 6. alludens ad hunc locum, Vos sancti & beati viri ob fidei vestrae meritum clauis regni caelorum sortiti. Perinde igitur est, siue dixerit Christus, Tu beatus es, siue, Vos beati estis.

XXXI. Quinta ratio: Si omnium Apostolorum fuisset eadem fides, & omnium nomine respondisset: omnibus parem atque aequalem mercedem rependisset Christus: & omnibus clauis regni caelorum aequaliter promississet. At non omnibus, sed soli Petro nominatim clauis addixit. Respondeo, esse importunam principii petitionem. Cum enim disputemus, an soli Petro datae sint clauis, an vero omnibus: iste, ut probet Petrum pro se solo esse confessum, sumit pro argumento, solum accepisse clauis. Hic vero repeto Hilarii verba iam recitata, Vos sancti & beati viri, ob fidei vestrae meritum clauis regni caelorum sortiti. Vbi vides & beatos, & fidem vestram & clauis sortitos.

C A P. XII.

Quid sit pascere.

I. Exortimus à Papis duos argumenta; quae illis erant maximi momenti. Tertium sequitur: Cuicumque mandata sunt oues Christi pascendae; is est Oecumenicus Pontifex. At Petro mandatae sunt oues Christi pascendae. Ergo Petrus est Oecumenicus Pontifex. Probatur Assumptio ex 1. Ioannis, Dicit Simoni Petro Iesus, Simon Iona, diligis me plus quam hi? Dicit ei, Etiam, Domine, tu nosti quod amem te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei rursum secundo. Simon Iona, diligis me? At ille: etiam Domine, tu nosti quod amem te. Dicit ei, Pasce oues meas. Dicit ei tertio. Simon Iona, amas me? Tristis fuit Petrus, quod tertio dixisset ipsi, amas me? Dixitque ei: Domine, tu omnia nosti. tu nosti quod amem te. Dicit ei Iesus, Pasce oues meas.

II. Respondent Catholici, negari maiorem: tribus de causis. Causa prima est, quia pascere oues Christi, non est idem quod imperare Christianis, & in eos dominium exercere. Ipso Petro teste, c. 5. Epistolae 1. Pasce, se qui in vobis est gregem Dei, non ut Dominantes cleris: multo minus est, dominari omnibus absque vlla exceptione, tum ouibus, tum pastoribus.

III. At Bellarminus, capite decimo quinto libri primi instat: & vget pascendi verbum: eoque demonstrari summam potestatem. Primo, quia non proprie dicitur pascere alium, qui cibum quacunque ratione ministrat: sed qui procurat, ac prouidet alteri cibum: quod est praepositi, ac gubernatoris: vnde Lucae 12. Fidelis dispensator, ac prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram. Secundo: quia per id verbum intelligitur ex communi vsu, omnis actus pastoralis: qui non est tantum praebere cibum: sed etiam ducere, reducere, tueri, praesse, regere, castigare. Hinc in Scripturis passim, pascere est regere Psal. 2. Pasces eos in virga ferrea. Esaiæ 44. Cyrus vocatur à Domino pastor meus. Tertio: quia Ioannes vsurpauit verbum ποιμαίνων, quod est pascere regendo, & praesidendo: vnde Homerus, libro 2. Iliados frequenter Agamemnonem vocat ποιμήν λαῶν Et in Scriptura; vbi Matthaei 2 legitur, Exhibet Dux, qui regat populum meum Israel, Graece est ποιμαίνων, Hebraice autem מְרֹאֵם, dominari. Quarto, ex autoritatibus Patrum. Chryostomus libro secundo de Sacerdotio non semel vocat praefecturam, officium Petro commissum per illam vocem pasce: tamque explicat ex Matthaei 12. fidei seruus & prudens. Augustinus in hunc Ioannis locum, Oues ipsas pascendas, id est docendas, regendasque, committit. Gregorius de cura Pastoralis, passim pastores vocat Rectores: & curam pastorem regimen: imo & culmen regiminis: & ipsum pascere, regere, ac praesse interpretatur.

IV. Sed, quicquid ille contendat, certum est nihil esse in eo verbo, quo summa potestas potius significetur, quam sub alterna, aut etiam infirma. Nam primum, ipsa propria significatio, eorum munus ut plurimum

designat, qui non suas, sed sibi commissas oues curant; in quas propter eam nullum habent, nisi precarium ut pastoris sit, qui ne iam quidem non postulata venia ausit diripere. Sic Geneleos 13. nominantur Pastores gregis Abraham, & Pastores gregis Loth. & 30. Iacob ad Labanum, Pasceam, inquit, & custodiam pecora tua. Et tamen paulo ante: Tu nosti seruitutem, qua seruui tibi; scilicet, & em munere pascendi gregem.

V. Deinde, in initis Ecclesiae summa secundum Christum autoritas erat Apostolorum; infra quos quarto tantum loco τὸς ποιμαίνων Paulus nominat ad Ephesios quarto. Quo si infra Apostolos, Prophetas, Evangelistas, constituuntur pastores suo & legitimo ordine: quis ausit asserere, τὸ ποιμαίνων non significare, nisi summam regendam Ecclesiae autoritatem? Nisi quis ita insaniat, ut id s. mmū appelleret, quod est quarto tantū gradu.

VI. Tertio, cum negat aduocari summam regendam Ecclesiae autoritatem esse penes singulos Episcopos: mihi or non venisse illis in mentem, singulos Episcopos olim, trita, vsitataque loquendi formula, ποιμαίνων pastores appellatos esse. Imo & ipse Presbyteris, à Petro tribui τὸ ποιμαίνων: Epist. 1. c. 5. ποιμαίνων τὸ ποιμαίνων Θεοῦ. Pasce gregem Dei.

VII. Itaque, etsi non negem, idem pascendi Latini vocabulum, eique respondens Graecum ποιμαίνων, aliquando esse dominari: & si hoc etiam velis, summo iure, ut ab Homero regibus tribuitur, & Christo apud Matthaeum: tamen cum de munere Ecclesiastico dicitur; primum non necesse est significari summam autoritatem: deinde, ne dominari quidem: teste Petro iam citato. Ac proinde fatilis est consequentia; Pascendi verbum cum de regibus dicitur, infert summam autoritatem: ergo idem significabit etiam cum dicitur de Ecclesiae Pastoribus.

VIII. Ad primum Bellarmini argumentum. Non est necesse, ut quicumque procurat ac prouidet alteri cibum ideo ei dominetur. Nec inferatur ex Lucae 12. Non enim simpliciter dicitur: constituit illum super familiam suam: sed cum additione & limitatione: ut det illis in tempore tritici mensuram. Quae verba cum seruum indicant praefectum domui, non ut libere imperaret, sed spectatum ut cibum dispensaret. Deinde, ut concedam eum qui prouidet, & procurat cibum, dominari: non sequitur tamē summo iure dominari, ut ante dictum in pastoribus proprie dicitur.

IX. Ad secundum. Primo obiter obseruo Bellarmini siue incogitantiam, siue imperitiam, qui Psalmo secundo, dicit Hebraice haberi Pasce: cum tamen sit, confringes Delusum vicinate vocū τρώω quae vsus est Propheta, quamque Chaldaeus vertit תרונת & תרועת quasi vtriusque radix esset תרועת. Quod ferre contextus non potest, cum statim subiiciatur, & tanquam vasa siguli disperges eos. Quod certe contrarium est pascendi verbo: & cognatum confringendi. Sed ad rem ipsum. Negari nequit, eo pascendi verbo indicari omnem actum pastorem. Verum, quia in hoc sermone eius verbi non proprius, sed metaphoricus vsus est: metaphora, autem variae possunt rationes esse, propter varios in varijs rebus similitudinum habitus: ideo determinanda haec significatio ἀναλόγως ad subiectum, de quo agitur. Aliter etiam rex pascit subditos suos, aliter Episcopus plebem Christi. Quam igitur de rege id verbum vsurpatur, significat omnes partes officij pastoralis, quatenus regi conueniunt. Quam vero de Episcopo, omnes partes officij pastoralis, quatenus Episcopo conueniunt: et igitur hic non simpliciter à pascendi verbo arguendum; sed ex natura Episcopatus: quae si dominationem non admittat, palam est ne eo quidem verbo eandem posse significari.

X. Ad tertium. Ioannes semel duntaxat vsurpauit τὸ ποιμαίνων, bis autē τὸ βόσκων. quo non significantur omnes partes autoritatis pastoralis: sed ea tantum, quae ad nutriendū pertinet. At Syrus interpretatur utique reddidit verbo τρώω. Latini etiam vnico pascendi. Itaque constat, neque Evangelistam, neque interpretes, vlla hic mysteria quae fuisse: quin pro eodem habuisse, τὸ ποιμαίνων & τὸ βόσκων. Deinde, ut tanta concedatur autoritas pascendi, quantum vult Bellarminus: tamen ea futura est in ouestantum, non in alios pastores: quemadmodū Agamemnonem Homerus τρωῖκα λαῶν vocat: sed nunquam ποιμήν βασιλέων. Quare eo verbo significari non potest Oecumenicus pontificatus, qui magis exercetur in pastores quam in oues.

XI. Ad quartum. Nihil est aut magni, aut Noui, si quis praefecturam ποιμαίνων appelleret munus Ecclesiasticum. Sunt enim quicumque eo defunguntur, constituti supra domum Dei ποιμαίνων, siue ποιμαίνων. Et sane non officium soli Petro commissum, eo vocat nomine Chryostomus; sed quemlibet Episcopatum. Disputat enim de Sacerdotio, quod est commune omnibus Sacerdotibus: non vni Oecumenico eximium. Similiter Gregorij de Cura pastoralis opus ad omnes Episcopos spectat. Nam & inter dotes optimo pastori necessarias, quas enumerat sane plurimas, nullam tamen inuenias, quae non cuiuslibet Episcopo conueniat. Et cum libro primo inuehat in eos, quid muneris ambiant, etiam eos specialiter refutandos putauit, capite octauo, qui ad vsus sua libidinis verba recito instrumentum Apostolici sermonis arripiebant, quo ait, Si quis Episcopatum desiderat, bonū opus desiderat. Quod quis eū fecisse credat, si nō de Episcopatu, sed de Oecumenico Pontificatu, disputatione habuisset praenotitium? Itaque illud culmen regiminis, nihil ad nostrum Oecumenicum.

C A P. XIII.

An solus Petrus pauerit.

I. Secunda causa negatae Maioris, haec est: Quia pascendarum ouium Christi (quicquid tandem significetur eo verbo) solus Petrus curam non habuit; sed cum eo reliqui etiam Apostoli: ac post eos Episcopi omnes, non vllus alius vnus.

II. De Apostolis probatur. Quia dictum illis Ioannis 20. Sicut misit me Pater, sic ego mitto vos. Quae verba sic exponuntur à Cyrillo libr. 12. in Ioannem, c. 55. Ordinavit orbis doctores, quos ut luminaria ad illustrationem, non Iudaeorum regionis tantum misit, sed vniuersum terrarum orbem illuminare iussit. A Theophylacto, ποιμαίνων τὸ ποιμαίνων αὐτῶν τὸ ποιμαίνων φησὶ, καὶ τὸ ποιμαίνων με ὁ ποιμαίνων ποιμαίνων με. τὸ δὲ ἔργον τὸ ἐμὸν φησὶ.

Consolans vos & animans, inquit, Sicut misit me Pater, ita & ego misit vos: Meum enim puer, inquit, suscipite. Chryostomus Homilia 85. in Ioanem 14. *μεταδωκεν τὸ πνεῦμα ἅγιον ὅτι ἐρχομαι ἀπὸ τοῦ πατρὸς*: Siquidem suscepturi erant eius...

III. Rursus iisem Apostolis dictum Matthaei 28. Profecti docete omnes gentes: quo loco *μὴ ἔστω* omnes partes comprehendit magistrorum in discipulos: ac proinde iis verbis idem proprio sermone mandatur, quod figurato, cum dictum est, *Pasce oves meas*. Magistorum porro est, docere, praesidere, regere, castigare. Cur non ergo & pascere?

IV. Contentit Antiquitas, illum pascendam ovium curam non esse peculiarem Petro, sed communem Apostolis. Clerus Romanus ad Clemtium Carthagensem apud Cyprianum Epist. 3. *Sed & Simon sic dicit: Diligite me respondit, Dilige. At ut, Pasce oves meas. Hoc verum factum ex ipso actu quo esset, agnosimus: & ceteri discipuli similiter fecerunt.* Iste Cyprianus, de Vitate Ecclesiae, Pastores sunt omnes sed grex unus, qui ab Apostolis omnibus unanimes consensio pascatur. Et paulo ante, cum hunc ipsum, de quo agitur locum, citasset, subdit, *Apostolis omnibus post resurrectionem parem potestatem tribuit.* Ergo, omnes Apostoli & que cum Petro potestatem acciperent pascendam ovium Christi.

V. Sed & omnes deinceps Episcopos, idem sibi dictum existimare debere, hi Patres asserunt. Augustinus in Ioanem tract. 123. *Qui hoc animo pascunt oves Christi, ut suas velint esse, non Christi, se conuincuntur amare non Christum, vel gloriam, vel dominandi, vel acquirendi cupiditate, non obediendi, & subueniendi, & Deo placendi charitate.* Contra hos ergo vigilet toties inculcata ista vox Christi Et paulo post, *Non ergo nos, sed ipsum amemus, & in pascendis ovibus eius, ea qua sunt eius, non qua sunt nostra, quaramus.* Et rursus. *Non sint ergo seipsum amantes, qui pascunt oves Christi, nec tanquam suos, sed tanquam ipsius eas pascant.* Idem de Verbis Domini sermone 62. *Ergo fratres, cum obedientia audite, oves vos esse Christi, quia & vos cum timore audimus, Pasce oves meas.* Chryostomus de Sacerdotio libr. 2. *Δὲ πᾶς ἀμύγει ἑξῆς: ἴνα πὲρ τῶν κτήτων κηροῦται τοῦτο, ὅτι τὸ Πάσχειν ἐστὶν ἐπιμελεῖσθαι. Ὁμοίως ἐστὶν ἐπιμελεῖσθαι τὸν λαόν, ὡς ἐπιμελεῖσθαι τὸν κτήνην. Ὁμοίως ἐστὶν ἐπιμελεῖσθαι τὸν λαόν, ὡς ἐπιμελεῖσθαι τὸν κτήνην. Ὁμοίως ἐστὶν ἐπιμελεῖσθαι τὸν λαόν, ὡς ἐπιμελεῖσθαι τὸν κτήνην.*

VI. Ex his omnibus apparet illud, *Pasce oves meas*, ita Petro fuisse dictum, ut tamen auctoritas illa pascendi, quaeque tandem est, aut esse potest, non pertineat ad solum Petrum: sed ad omnes porrigatur Episcopos, & sacerdotes. Quod si est; tum vero petit Oecumenicum Pontifex: certe eius solum tyranis in eo loco nullum inuenit fundamentum. VII. Instant Bellarminus enim & Sanderus contendunt aliquid peculiare tradi Petro, quod non ceteris. Nam soli illi ea verba esse dicta. Hoc vero constare ex nomine Simon Ioannis: ex eo quod ceteri excludantur per haec verba *Diligite me plus his: ex trina interrogatione: ex tristitia Petri: ex his, quum senuerit extendas manus tuas: ex eo quod dixit Petrus. Hic autem, quid? Et responsum Domini, Tu me sequere.* Nunquam enim Petrus interrogasset, quid Ioannes acturus esset, si intellexisset dictum omnibus, *Pasce oves meas*: neque Dominus dixisset, *Quid ad te? Tu me sequere*: sed dixisset, *idem faciet quod tu.* Denique ex Patribus: in vltimo Luceo, *ideo quia solus proficitur ex omnibus, omnibus praefertur.* Maximo, sermone de Sanctis Petro & Paulo, *tam necessarium reor, ut proprias eorum specialesque virtutes profequarur: hic est Petrus, cui Christus ascendens ad Patrem, pascendas ouiculas suas ouesque commendat.* Leone, Epistola 89. ad Episcopos Viennensis Prouinciae: *Cui cum praecatur solvendi, & ligandi potestas tradita sit: pascendam tamen ovium cura specialius mandata est.*

VIII. Sed primum Bellarminus sophistice statum mutat questionis. Probat enim haec verba soli Petro facta esse: quod nostrum nemo negavit: quum nec quisquam potest, nisi qui communi sensui bellum indicat. At negat id quod negamus constanter: hoc nimirum, ex eo quod soli Petro facta sunt, esse eidem aliquid concessum peculiare, cuius reliqui non fuerint participes. Certe duobus solis dictum ab initio Genesis 1. *Crescite, & multiplicamini, & repletis terram.* Imo Adamo soli, Genesis 3. *In sudore vultus tui comedes panem.* An igitur praeter Adamum & Euam, nullis quicquam commune est cum iis verbis?

IX. Secundo, non aduertit causam, ob quam Petrum Christus sic est alloquutus. Poterat tamen a Patribus nullo negotio discere. Augustinus, in Ioanem tract. 123. *Sed prius Dominus, quod sciebat interrogat, nec semel, sed iterum, acterit, utrum Petrus eum diligeret: nec aliud toties audit a Petro, quam se diligere: nec aliud toties commendat Petro, quam suas oves pasci. Redditur negationi trina, trina confessio, ne minus amor lingua seruiat, quam timor: & plus vocis eliciisse vidatur, mors imminens, quam vita praesens. Sit amoris officium pascere Dominici gregem, si fuit timoris indicium negare pastorem.* Cyprianus in Ioanem libro 12 c. 64. *Altius quiddam haec oratio certo paritur. Nam quoniam cum aliis Apostolorum nomine Petrus ab ipso Christo decoratur, in tempore passionis negauit, iure nunc ab eo terna dilectionis confessio petitur, ut terna negatio aequali confessionis numero compensetur. Ita quod verba commissum fuit: verbo curatur. Petrus autem ab eo se plus ceteris*

diligeret. Nam qui maiorem clementiam in se Domini fuit expertus, maiore amore affici iure debebat. Et paulo post, Tertia igitur confessione Petri, trina denegationis delictum euacuatum est. Dixit autem, *pasce agnos meos, Apostolatus ei renouans dignitatem: ne propter negationem, qua humana infirmitate accidit, labefacta videretur.* Idorus P'ulsiota epist. 103. libr. 1. *ἡ τριπλήτης Κωνσταντίνου Πάστορος ἀπὸ τῆς ἐρώτησεως, ὅτι ἴσιν ἀγνοῦσι: ὅτι δὲ τὰ ἀποκρίματα τῶν τριπλῶν ἐρωτησῶν πρὸς τὸν Πάστορα ἰσχυρῶς ἐκδηλοῦνται. ἀλλὰ τὸ περὶ τοῦ τῶν ἀποκρίσεων τῶν τριπλῶν ἐρωτησῶν ὁ ἀρχιεπίσκοπος ἰσχυρῶς ἐκδηλοῦνται. Τριπλεξ Domini ad Petrum de dilectione interrogatio, nullum est ignorantia Domini indicium: Ne quis ita perperam concipiat. Sed triplicem negationem, triplici confessione bonus medicus eliminat. Similia leges Epistola 356. Nazianzenus oratione in Sancta luminata Πέτρον λέγει: ἰδέτε τὸν, ὅτι τὸ πῶς ὁ τῶν ἐρωτησῶν τῶν τριπλῶν, τὸ ἀποκρίσας τῶν ἀποκρίσεων ἐκδηλοῦνται. Petrum Christus admisit: & triplici interrogatione ac confessione, triplicem negationem sanauit.*

X. Haecenus illi. Ex quibus collige duas causas, cur tum specialiter Petrum Christus sic alloquutus. Primam, ad reparandam abnegationis culpam. Alteram, ad restituendam Apostolatus dignitatem, a qua per illam negationem excidisse videri poterat. Nam etsi inquit Cyrillus omnes discipuli magna percussi fuerint formidine, quando Dominus tradebatur, maius tamen crimen fuerat Petri, qui breuissimo tempore et negauit. Inter has causas, qui fuerit Oecumenico Pontificati nullus sit locus datus: Nimirum tantam tyranni dem non dūm Patres auderant.

XI. Sed duo praeterea docemur ab his Patribus. Primum, per ea verba, *Pasce oves meas*, significari Apostolatus dignitatem: non igitur primatum inter Apostolos, non Oecumenicum Pontificatum. Alterum, cum Apostolatum significari restitutum, qui ante fuerat collatus. Nihil igitur nouae dignitatis Petro accessisse, sed duntaxat pristinam redditam, aut certe confirmatam: atque eam quidem, quae non fuisset illi seorsim ab aliis, & quasi ex munus quid tradita, sed in turba, & vna cum aliis, teste Cyrillo.

XII. Enimvero, quod Arnobius in Psalmum 138. habet, *Major gradus redditur ploranti, quam sublati est deneganti: quem locum diligenter Sanderus citat: non potest esse magni momenti.* Tum quia auctor incertus, non enim persualetur doctis non esse eum librum suppositum: tum quia confessio Patrum contra stat: tum denique, quia, ut id illi asserit, quilibet est, Arnobius fallum sumit. *Quod vobis doceam, inquit, illud ostendo, quod nullus Apostolorum nomen pastoris accepit.* Atqui, inquam, si id est, atque ut ita dicam, syllabas eius vobis attendimus, nunquam Petrum reperimus exerte & totidem literis Pastorem appellatum in Scripturis, magis quam reliquos Apostolos. Sin vero & diuina magis placeat, & is Pastor nomen natus esse dicatur, qui pascere iussus est, quis negare potest reliquos Apostolos pascisse oves Christi? cum id tribuatur eui libere Episcopo: imo presbytero? Certe sese Paulus Oeconomis accenserit sunt autem Oeconomi in Ecclesia, iidem Pastores, etsi aliunde ducta metaphorā. Sed enim demus Petrum ipso Pastoris nomine compellatum fuisse, quae inde ad eum rediret tam eximia dignitas: cum plurimi inferioris se appellerent, & saepe alias, & a Paulo, 4. ad Ephesios: Ac rursus si id Pastoris nomen tribuatur inferioribus, quis denegat Apostolis sublimioribus? Praeterea, qui constat inaequalitas? Nam 1. Paulus ad Ephesios Apostolos primo loco recensens, postremo Pastores & Doctores aperte docet fallum esse Pastoris titulum maiorem esse titulo Apostoli. Deinde quidnam reddidit? Certe id quod erat ablatum. Itaque vel non ablatum erat Pastorale munus, vel non est redditum. At illud absurdum: hoc autem contra Arnobium. *Quod si redditum simpliciter interpretaris, datum; ut constet inaequalitas, tum necesse erit ante abnegationem non fuisse pastorem.* Quorsum igitur illud, *Tu es Petrus?*

XIII. Stapletonus excipit, de restituto Apostolatu solum Cyrillum loquutum: & contra disputat, antea restitutum, sine per penitentiam statim subsequutum: vel per appatitionem Christi, & primo & ante omnes factam primo resurrectionis die: vel certe per concessum cum aliis potestatem remittendi, retinendique peccata. Sed haec frustra. Nam quid tum, si solus Cyrillus? An propterea fallus testis? Quanquam non solus. Nam cum eo sentiunt omnes, qui pascendam ovium curam faciunt generalem. Antea restitutum Apostolatum, non est opus negare. Sed Petrum qui grauius omnibus peccarat, maiori etiā consolatione indiguisse, quis non videt? Et Cyrillus indicat, Petri maius crimen notans. Sanderus illud de gradu Petro deneganti sublati, negat intelligendum de Apostolatus officio. Et testem citat Cyrillum Catechesi 2. *Petrus Apostolorum princeps excellentissimus, non solum negatione illius accepit condonationem; verum etiam dignitatem Apostolicam non ablatam retinuit.* Sed Graece est. *τὸ ἀποστολικὸν ἀξίωμα ἔχει ἡ ἀποστολική.* Hoc est, *Apostolicam dignitatem habuit, non auferendam.* Quanquam qui amissam dicunt, non tam acta intelligunt, quam merito; hoc est, cuius se indignum ille praebuerat, adeo ut merito deuberit ab eo auferri.

XIV. Sed redeamus ad Bellarminum: atque eius vasitatem tertio loco obseruemus. Nunquam, inquit, *Petrus interrogasset, quid Ioannes acturus esset, si intellexisset, dictum omnibus, Pasce oves meas: neque Dominus dixisset, quid ad te? Sed, idem faciet quod tu.* Atqui non ex illis verbis *Pasce oves meas*, nascitur Petri interrogatio, aut ad eam interrogationem Christi responsio: sed a proximis, quibus Petro martirium praedicebatur: ideoque ipse Ioannes docet eam responsum intellectam fuisse, non de auctoritate pascendi oves: sed de eius duratione, *Hunc ita Dominus dilectum, cum respexisset Petrus, statim interrogauit, quis vita illi terminus immineret.* Audiu' Cyrillum Bellarminum? Non ergo quid acturus esset, quove monere functurus, an ipse etiam pascitur oves: sed quomodo excellurus e vita, *Sed quoniam (pergit Cyrillus) curiosa magis, quam utiliter rerum alienarum inquisitio est, respondet quidem, sed ita, ut rogantis animum abducatur ad alia: nec mortis expertum futurum Ioannem ait, sed se eum manere volo donec veniam, quid ad te? Id est, audisti Petrus, quae ad te pertinet: cur aliena quaris? cur diuina iustitia secretum rimaris? Nā si etiam vellem minime ista mori, quid tu, inquam, emolumentum, aut quid consolationis consequeris? Euthymius, Hic autem quid? Num & ipse te sequetur: num eandem nobis in mortis viam gradietur: num similiter morietur? Et post, Si etiam vultis*

in viuis manere, donec secundo aduentu veniam, quid illi tecum in hoc commu-
ne est: Thomas Aquinas, Quasi dicat: Ecce ego sequor te in passione: sed hic nu-
quid morietur? Zacharias Chrysolitanius, & Glossa ordinaria, Quia au-
dierat Petrus se crucifigendum, voluit etiam fratris cognoscere exitum. Guil-
laudus, Sciens Petrus de morte sua interrogat Christum, an Ioannem mortis
sua comitem haberet. Quasi diceret, quo exitu Ioannes mihi charissimus vitam
hanc clausurus est? Extendam solus manus, cingar solus, ducar solus, quomodo?
Adde Carthusianum, Gorranum, Caietanum, Tolertum, Maldonatum,
Barradam, Sa. Corripit ergo Bellarminus loci sensum, quod illi, aliisque
Papisticam rem ageantibus nimium sanè solenne est.

XV. Sanderus lib. 6. cap. 4. vrget illud, *Amas me plus his*: & concludit,
cum ei postea dicitur, *Pasce oves meas*, traditam fuisse ouium curam pro-
pter amorem: & cum esset is amor in eo maior quam in reliquis; ideo ne-
cesse esse, vt ipsa pa'scendi auctoritas maior sit, ei quam reliquis concessa.
Sanderus nescio quos lancinat, qui vt euaderent, interpretarentur, dili-
gentie plus quam alios diligas.

XVI. Sed de interpretatione nulla nobis opus Apologia. Omnes enim
intelligimus quæsitum, vtrum Petrus plus diligeret, quam alii. Caluinus
diserte, *Diligis me plus quam hi*? Nec aliter Beza: non Arctius: non Pifca-
tor, non Musculus, non Tigrinus, non Pellicanus, non Buzerus. Denique
omnes: ita aut vtererunt, aut sunt interpretati. Quo magis tuta nostra
causa est à Maldonati calumnia.

XVII. Respondeo, itaque primum: non constare fuisse Christum à Pe-
tro plus amatum, quam à cæteris: Nam neque à Christo asseritur, sed tan-
tum interrogatur; vt in memoriam reuocaret insignem illam confiden-
tiam, qua se ante erat professus, nunquam deserturum Dominum suum,
etiam si omnes reliqui fugerent. Nec ab ipso Petro ostenditur, qui simpli-
citer, modesteque respondet se amare. Thomas, *Ante quam negaret Petrus
superbiuit contra ceteros Apostolos, dicens, Etsi omnes scandalizati fuerint: ego
nunquam in te scandalizabor. Item contra Dominum: quod Domino dicente,
Ter me negabis: ille subdit: Si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Sed mo-
do de propriis viribus videtur, non audeat confiteri suum amorem, nisi sub testimo-
nio & protestatione Domini. In quo instrumur, quia non debemus nos alius
proponere, sed alios nobis.* Nec denique vita Petri quicquam habuit, quo te-
staretur maiorem Christi amorem, quam in Ioanne, aut Paulo, aut Iaco-
bo: qui & Euangelium summa fide prædicarunt ac diligentia, & pro Chri-
sto martyrium subierunt.

XVIII. Quia tamen Veterum non paucis aliter videri video, secundo
respondeo, non esse consequens, quia plus amaret, id est vt ei sit auctoritas
maior concessa: imo tanto absurdius hoc ab aduersariis asseri quanto
certius, nulla posse similia exempla proferri. Sed & contra est praxis
perpetua, etiam in Ecclesia. Sic etsi inter ipsos Pontifices Romanos, a-
lii aliis inueniantur plus amasse Christum, tamen eadem omnes autori-
tate præditi fuere. Christum etiam Stephanus plus amauit, quam Nico-
laus: vterque tamen eodem iure Diaconus factus. Denique magis ama-
bat Christum Ioannes, quam Iherosolimitæ: & tamen æquo vterque gradu,
vnus fuit ex duodecim, aut passionem. Ad hæc dco nihil esse cauti, cur
dicamus maiorem auctoritatem esse datam Petro, quia plus amaret, quam
Ioanni, quia plus amaretur.

XIX. Nihil igitur obstat, quominus ea verba soli Petro tum di-
cta, ad plures pertineant. Itaque rursum in soluendo nodo Bellarminus
laborat. Etsi, inquit, hæc verba proprie & principaliter ad solum Pe-
trum pertineant, omnibus tamen Episcopis suo modo conueniunt:
quia videlicet omnes, qui in partem sollicitudinis à Petro vocantur,
Petri formam in pascendo grege imitari debent. Itaque quod summo pa-
stori dicitur, id etiam, suo modo, seruata proportione, aliis minoribus pa-
storibus dicitur.

XX. Respondeo: Constat ea verba generalia esse, etsi soli tum Pe-
tro dicta: principaliter autem ad illum pertinere, aduersarii semper su-
munt, nunquam probant: itaque, nihil agunt. Præterea vnde illud est, *Omnes
qui in partem sollicitudinis vocantur à Petro*? Non certe ex Scriptura: non è
veteri Ecclesia. Ergo ex mero erroris præiudicio. Quid enim? an nemo
pauit oues Christi; nisi quem Petrus vocarit? Absurdum: cæteri en-
im Apostoli non sunt à Petro vocati, sed ab ipso Christo æque cum
eo: & ipsi multos vocauerunt; nulla postulata aut venia, aut confirmatione.
Quid? quod responderetur tantum de minoribus pastoribus? Et tamen Pa-
tres de ipsis loquuntur Apostolis. Hos autem quis numeret inter mi-
nores pastores? Tum distinctio summi Pastoris & minorum, vel compa-
rat Apostolos reliquis omnibus, qui non fuerunt Apostoli: & tum conce-
ditur: sic vt intelligatur Petrus summus Pastor, ex Apostolatus iure
nempe, quia erant Apostoli summi Pastores, propterea quod is gradus
longe eminuit supra alios ministrorum gradus: in quo nihil Petro singu-
lare: Aut vnum comparat Petrum reliquis omnibus etiam Apostolis: &
est inepta, petique principium: nunc enim hoc agitur, vtrum ex hoc loco
recte concludatur, Petrum esse summum Pastorem, quod nos negamus,
hoc argumento, quod nihil sit illi dictum, quod cæteris non conueniat:
hoc autem soluere per distinctionem summi Pastoris, & minorum pasto-
rum, meta est *φλυαρία*.

XXI. Turrianus c. 22. libr. 2. Defensionis contra Sadeelem, concessio
eandem paremque auctoritatem omnibus concedi, *Hæc æqualitas*, inquit,
*hæc vna eademque ratio omnium pastorum spiritualium, quatenus pastores
sunt, non tollit gradus pastorum, quin alius sit presbyter, parochus, alius Episco-
pus ciuitatis, alius omnium ouium. Sicuti eadem est ratio & æqualitas om-
nium hominum, quatenus homines sunt, quamuis non sit idem ordo, aut gra-
dus hominum.*

XXII. Esto sane, inquam: sed vicissim vna & eadem ratio omnium pasto-
rum spiritualium, non ponit diuersos gradus. Quis enim audiuit vna-
quam, quia homines omnes sunt facti ad imaginem Dei; ergo alios esse
proceriores, breuiore alios? hos principes, alios priuatos? vnos mares, a-
lios fœminas? Et propius ad hanc rem, quum dictum sit Lino, Clemen-
tique *Pasce oves meas*. Ergo, Linum esse Oecumenicum, Clementem vero
Parochum? Tun' patiari Turriane? Atqui id peccatum tuum est: tuorum
est. Neque enim nos locum obieciamus, probaturi non, esse diuersos

gradus: sed vos asserunt Oecumenicum Pontificatum non omnibus Pa-
storibus, sed vni Petro. Vno verbo, ista, *Pasce oves meas*, vel significat
Oecumenicum Pontificatum, vel non. Si significat: ergo non conue-
niunt, nisi Oecumenico Pontifici: sicut hæc erunt duo in carne vna; quia
matrimonium describunt, ergo tantum coniugatis se iungunt. Itaque ine-
pte factum esset à Veteribus quum hic ipse locus amplatus est in omnes
pastores. Sin autem non significet: ergo non debuerunt asseri in argu-
mentum tam alienum. Sicut Ioannes Casa, ille Episcopus Beneuentanus,
legatus Papæ apud Venetos, fastuarium mernisset, si ex illis, *Duo in carne
vna*, concludisset suam illam, quam laudabat Sodomiam à Deo esse san-
ctitatem.

XXIII. Sanderus lib. 6. Monarchiæ visibilis *Quis non videt parum cohe-
rere orationem Christi, si potestatem pascendi oves suas Petro commissurus,
plus amor ab illo, quam ab aliis posulet; & non simul iubeat, vt plus illis, ve-
rum vt equaliter cum illis pascat? Nam quorsum requiritur plus amor, ob æ-
qualem pascendi auctoritatem? Addit auctoritatem Chrysostomi, ex secundo
de Sacerdotio, hæc ipsa Domini verba tradantis, Christus Petrum aucto-
ritate præditum esse voluit, ac reliquos item Apostolos longe præcellere.*

XXIV. Atqui primum, quis vidit, plus amoris à Petro postula-
ri, quam ab aliis? Quis vnquam dixit? Ne ipse Chrysostomus quidem,
quem citat auctorem. Deinde, vt postulatorem esset, quid absurdum? Nam Lu-
cæ 7. is concluditur plus diligere, cui plus peccatorum est indultum.
Deinde, cur non requiratur plus amoris, etiam ob æqualem pascendi au-
toritatem? Nam pessimum esse reliqui remissiores æquo. Aut quid sophista
regeret, si dicamus, plus amoris fuisse in Petro, quam in Alexandro sexto,
& tamen æqualem auctoritatem, si credimus Papistis? Deuique, si aliter
esset, cur Chrysostomus ab hoc ipso loco argumentatus esset de quolibet
Episcopo, atque a deo illo ipso suo Basilio? Nam huius profecto non
erat non æqualis auctoritas pascendi, cum reliquis collegis.

XXV. Sed enim Chrysostomi verba nulla agnosco. Imo Brixii quid di-
cam: impeit am- ne, an temeritatem? Nam Græce ita est *ἐν τολῷ ἀμφι-
βητοῦς ἡ μὲν ἐμὴ καὶ ἡ τοῦ Πέτρου, πῶς μέλλον ἐπισημασθῆναι τὸν τῆς ἐκκλησίας
καὶ τοῦ κόσμου ἀρχιερέα, ὃς ἔστιν ὁ πᾶσι ποιμαίνων ἐφ' ἡμῶν, ὃς ἐστὶν ὁ πᾶσι
καὶ τοῦ κόσμου ἀρχιερέα, ὃς ἐστὶν ὁ πᾶσι ποιμαίνων ἐφ' ἡμῶν, ὃς ἐστὶν ὁ πᾶσι
καὶ τοῦ κόσμου ἀρχιερέα, ὃς ἐστὶν ὁ πᾶσι ποιμαίνων ἐφ' ἡμῶν.* Quæ verba mirum est tam corruptis oculis lecta, vt verum
solum nemo Papistarum assequeretur. Nam præter Brixium, Frôto Du-
caus annotationibus in hunc locum, Ceratini exhibet interpretationem.
*Qua cum faceret Petrus, permissu diuino consequutus est, vt ceteros omnes ex-
celleret Apostolos. Sed & Veterum, & hæc administrans, in qua Petrus cernis
assumptum, qui cum in hoc ministerio legeretur, ceteris prælati Apostoli est.
Denique ipse suam, Qui per eam vniversis Dei optimi maximi bonis præ-
ficiendus, & acturus ea, qua si Petrus ageret, dixit cum reliquis etiam Aposto-
los superare facile posse. Est quod omnes mirentur tam fœde cæcutisse viros
non indoctos: & quidem in re puerili. Sic reddo, Et tu igitur dubitabis ad-
huc non pulere fuisse te à nobis delusum, qui proponendus eras omnibus, qua-
erant Dei: Et quidem cum ea faceres, qua cum faceret Petrus, concessit ei Deus
reliquis Apostolos excedere? Significat commode deceptum fuisse Basilium,
cum ad Episcopatum vocatus est, quadam quasi fraude amicorum. Nam
Episcopum esse, id est, quod appellat præfici omnibus bonis Dei. Com-
mode autem, quia videlicet et amaret Deum: hoc est, id faceret, in quo con-
cessum fuisset Petro reliquos superare, id est, plus amare quam ceteros.
En tibi miram Papistarum indolentiam! Certe nihil hoc loco de Petri mu-
nere vilo, aut ordine supra reliquos Apostolos.*

C A P. XIV.

Quas oues pauerit Petrus.

I. Spere est tertia causa negatæ à nobi Maioris: Quod Petrus nunquam
pauerit omnes oues: d est, omnes qui relati directe ad Christum o-
uium censentur nomine, in quibus ipse Petrus erat necessarius. Ostendit
dupluciter. Primo, quia nunquam pauit omnes totius orbis oues: sed
tantum aliquas. Nam excipi necesse est eas saltem, quas sic Paulus pauit,
vt caueret ne super alieno fundamento strueret. Item Indi, Æthiopes, a-
lii, ad quos Apostoli alii penetrarunt, nunquam Petrus: adeo vt eas non
potuerit pascere, aut verbo, aut opere: neque per se, quia absens: neque
per alios, quia per nullos à se missos. Nam qui eo profecti sunt Apostoli,
à Christo missionis & initia sumpserunt, & auctoritatem. Secundo: quia i-
psos saltem Apostolos nunquam pauit. Nam si pauisset, vel docendo, vel
corrigendo, vel mittendo, vel denique imperando pauisset. At nunquam
docuit: erant enim omnes docti à Spiritu Sancto: nūquam correxit: quia
nūquam legitur, aut in Scriptura, aut in Veterum libris: imo ipse potius
ab aliis correptus. Sed neque misit: quia omnes suam missionem, & qui-
dem authenticam habebant à Christo immediate, potestatemque do-
cendi omnes gentes. Puto autem nulla intercessisse inter Christum & Pe-
trum concordata, quomodo inter Papam & Regem Galliarum: vt solus no-
minationis ius esset Christo: Petro autem confirmationis. Denique Apo-
stolis nunquam quicquam Petrus imperauit: atque adeo non potuit:
quia eos Apostolatus officium illi æquabat: paria autem in partem nullum
imperium. Ergo non pauit Apostolos Petrus. Quod si non pauit, non fuit
Oecumenicus Pontifex.

II. At nobis, inquit Bellarminus, cap. 16. exploratum, certumque om-
nes omnino Christianos etiam Apostolos ipsos, Petro tanquam ouicu-
las commendari, cum ei dicitur, *Pasce oves meas*: Magnam vero confiden-
tiam! Sed vnde? Primum à vocibus *τὰς οὐσ βασιμῶν*: deinde ab argumentis.
A vocibus. Obseruat bis dictum, *Pasce agnos meos*: & semel, *pasce oves meas*.
Nam quod in Græco contextu semel sit, *pasce agnos*, & bis *pasce oves*, cor-
ruptum videri vitio librariorum, qui se eundo loco scripserunt *τὰς οὐσ βασιμῶν*
τὰς οὐσ βασιμῶν: quod colligitur ex Ambrosio, qui in caput vltimum Lucae,
dicit Christum primo commendasse agnos *ἀγνῶν*: secundo ouiculas *οὐσ
βάσιμων*: tertio oues, *οὐσ βασιμῶν*. Item ex Maximo, sermone de SS Petro & Pau-
lo: qui dicit commendatas ouiculas, & oues: q certe non diceret, nisi legis-
set *τὰς οὐσ βασιμῶν* & *οὐσ βασιμῶν*: tertio ex versione Latina: nã si bis fuisset in Græco
οὐσ βασιμῶν, ne in doctissimus quidem puer secundo loco vertisset agnos.

III. Petro sibi nominati sunt agni, oues semel, illos significare duos populos Iudaicum, & Gentilem: has vero Episcopos, qui sunt tanquam matres agnorum: unde probabitur omnes Christianos Petro esse subiectos. Si vero legimus agnos, ouiculas, & oues, dicitur cum Ambrosio, significari, incipientes proficientes, & perfectos: ita ut nulli sint in Ecclesia, quantumvis spirituales, eruditi, & sancti, qui Petro non subint. Vel per agnos intelligimus populos, qui nullam habent curam pastoralem: per ouiculas sacerdotes minores, id est, presbyteros & parochos: per oues denique sacerdotes maiores, id est, Episcopos.

IV. Hæc Bellarminus: subtiliter quidem, at non solide. Primum, omnia exemplaria, omnesque editiones, semel habent *ἀγνία*, bis autem *οὐβία*. Nam quod Salmeron negat Græcorum codicibus facile credendum; quia & ipsi varij & mendosi reperiantur quandoque; & iudit suo more. Nam primo, si hæc ratio valet, quid Latinis codicibus fiet; quorum in finis locis infinitæ sunt, non tantum varietates, sed & corruptelæ? Atque adeo hoc ipso capite plurima exemplaria: etiam Sixtinum, habent, *Nemo discumbentium*: male pro *discipulorum*; peccatum agnoscentibus, Caicetano, & Insenio. Secundo hic nulla varietas est: nec enim vllus Græcorum scilicet legisse indicauit: non Chryostomus, non Cyrillus, non Theophylactus. Tantum doctissimus Beza asserit codicem suum manuscriptum vetustissimum ter legere *οὐβία*. Tantum autem consensum improbare quis possit, absque vlla nota temeritatis nota? Latinus interpres bis legit agnos, semel oues: magno consensu: neque enim ait Silerus, aut Franciscus Lucas, villas annotauit variatōes. Sed quid tum? Quasi non multis constet argumentis, quantulam fidem mereatur, siue ex imperitia propria, siue, quod plerumque verius, ex invidia libroriarum.

V. At Ambrosius tres gradus distinguit, agnorum, ouicularum, & ouium. Sane: & quæ factum, non immerito quis querat, ac miretur. Nam qui Ambrosio fuisse *ἀγνία*, eius non pauci, tamen nulli eam lectionem suo testimonio confirmant. Maximus autem manifeste facit pro Græcis exemplaribus, qui duos tantum gradus distinguit ouicularum, & ouium. Possit enim *ἀγνία* ouiculas dici, quibus tam est imperitus vtriusque lingue, ut neget Syrus tamen Interpres, tribus vocibus vtrius, primo *ἀγνία* agnos meos: secundo *οὐβία* greges meos: tertio *οὐβία* oues meas: que tamen voces non confirmant Bellarmini coniecturam; multo minus argumentum. Quia hæc tota leuissimarum coniecturarum curiosa confectatio, causam miseriam abundet statuit.

VI. Secundo Scriptura: solent nullo discrimine & agnos, & oues pro indidem vsu parare. Sic quod est Matthæi 10. *ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς οὐβίας ἐν μέσῳ λύκων*. Ego mitto vos tanquam oues in medio luporum: id Lucas dixit c. 10. *ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς ὄρνιθες ἐν μέσῳ λύκων*, Ego mitto vos ut agnos in medio luporum. Syrus vtrobique: *ἀγνία* agnos. Act. 8. *ὡς οὐβία ἐστὶν ἐν σφαγῶν ἡρώδη*, *ὡς ὄρνιθες ἐστὶν ἐν χερατῶν*: tanquam ouis ad occisionem ductus est: tanquam agnus coram tonante eum. Quo loco ouem & agnum pro eodem *ἀγνία* sumi, tum res indicat ipsa; non enim aut sola oues ad *οὐβία*, aut soli agni ad *τόνδον* deducuntur: tum Hebraicus textus Esaiæ 53. *ὡς ἄγνος* qui agnum duxit ad occisionem, & *ὡς ὄρνιθς* ouem ad tonantem: quomodo etiam vertit Syrus. Tum testis est Tertullianus contra Marcionem lib. 4. c. 40. *An ipse erat, qui tanquam ouis ad victimam adduci habens, tanquam ouis coram tonante, sic non aperturus, figuram sui sanguinis salutaris implere concupiscebat?*

VII. Atque adeo hoc ipso in loco, tota Patrum cohors, agnos & oues pro indidem est interpretata. Augustinus in Ioannem tract. 123. *Dominus quod sciebat, interrogat, nec semel, sed iterum ac tertio, utrum Petrus eum diligat: nec aliud toties audit à Petro, quam se diligi: nec aliud toties commendat Petro, quam suos oues pasci*. Cyrillus in Ioannem lib. 12. c. 64. *In singulis autem confessionibus variatis parumper verbis, audiuit rationalium ouium curam sibi esse habendam*. Chryostomus in Ioannem Homilia 87. *Τὸ ἐπιπέσει, ὡς ἐστὶν ἐπιπέσει πεισθέντες, δεινὸς ὅτι ἡμεῖς τῶν ἀποστόλων τὸν οὐβίαν ἀποπέσειν*. Ter autem interrogat, terque precipit eadem, ostendens quanti ouium suarum curam faciat. Ambrosius, seu quisquis est alius, sermone, 46. *Aut Dominus pascere oues meas: hoc, tertio, Zacharias Chrysopeitanus, Quid est aliud, pascere agnos meos, quam si diceret, si me diligit, pascere oues meas? Et neget aliquis inanem esse Bellarmini *ἀγνία*; Non certe Maldonatus Iesuita. Agnos esse eos, qui in grege, id est in Ecclesia Christi essent, dubium non est: nec subtiliter disputandum, cur agnos potius, quam oues appellauerit: quod qui fecerit, vident etiam atque etiam, ne doctis hominibus risum præbeat. Non Ianfenius, qui. *Quærendum, inquit, non est mysterium in eo quod in prima interrogatione dixerit agnos meos, in secunda vero et tertia oues meas: rursum quod in prima et in tertia in Græco βόσκω, in secunda ποιμαίνω. Non enim significatio alicuius gratiæ, sed tantum elegantia causa verisimile est hac variatione vsus Euangelistam.**

VIII Tertio: hæc argumentatio tota est allegorica, incerta, ac nullius momenti: nisi forte ad illustranda ea quæ iam aliunde constant, essent que explorata. Itaque etiam varie pro variis ingenij inflexa. Ambrosius, qui ex antiquis subtilissime in has voces inquit, varios asserit indicia Christianorum progressus, incipientium, proficientium, perfectorum: Quæ allegoria non significat diuersos ministerij gradus: vel potius non distinguit Ecclesiam in populum & pastores, in filios & matres: nam perfecti, que in populo, ac proficientes, incipientesque. Tum quilibet Episcopus, non Petrus solus pascere, id est, regere tenetur incipientes, proficientes, & perfectos. Theophylactus opinatur, *ἀγνία* τὸς εἰσαγωγικῶν, *οὐβία* τὸς πλείων: Euthymius, imperfectos, & perfectos. Et præterea τὸ ποιμαίνω Theophylactus, pro duriori regimine; τὸ βόσκω pro molliori: τὸ μὲν ποιμαίνω, ὅτι ἡ σκληροτέραν ἐπιτροπὴν ἐμφανίζει, τὸ βόσκω, ἡπιωτέραν. Has vero allegorias quo argumento Bellarminus fastidiuit, ut sua somnia præferret?

IX. Enimvero, ridicula est illa trium graduum distinctio. Agni, inquit, populos significant; ouicula presbyteros, & parochos; oues Episcopos. Atqui primum nouitas suspecta: nunquam enim antiquo cuiquam venit in mentem: primusque Bellarminus excogitauit. Et quæso, quando hæc lectio, quæ discernit agnos, ouiculas, & oues; solo confirmatur Ambrosij testimonio, quo iure Bellarminus discedit ab eius expositione? Aut quam potest demonstratione conficere, illi quidem

sic legenti fidem habendam, & habendam contra omnium codicum, omniumque autorum consensum; derogandâ vero exponenti? Deinde, agni quare distinguuntur ab ouiculis? An aliud sunt ouicula; quam oues parua? Agni vero quid? non sunt oues? non sunt parua? Ad hæc, ouicula cur significant presbyteros, & parochos? Quia, inquit, sic parentes sunt populorum, ut filii sint Episcoporum. Atqui prius docendum fuerat ouiculas eas dici, quæ harum quidem matres sunt ouium, illarum vero filia. Certe non existimauit Ambrosius, qui proficientes interpretatus. Et apparet Maximum ouiculas, agnos intellexisse. Denique, si ouium nomine intelliguntur tantum Episcopi, imperitissimi fuerint antiqui, qui hoc ipso quod commendas oues Petro legetur, idem ius omnium esse Episcoporum asseruerunt: Clerus Romanus, Cyprianus, Chryostomus, Augustinus. Nec satis prudens ipse Bellarminus, qui concesserit, hæc eadem verba reliquis Episcopis suo modo conuenire. An enim reliquis Episcopis vlllo modo conueniat Episcopos pascere? Minime vero; stylo saltem Papistico.

X. Ergo in ouium vocabulo nihil habet præsidij Pontifex Oecumenicus. Sequitur vox *μὲν*. Ea, inquitur, cum absque vlla restrictione additas habeat oues, manifeste significatur, eas omnes oues Petro commendari, ad quas extenditur pronomen *meas*, id est, omnes simpliciter: nec enim vllus est in Ecclesia, qui se Christi ouem esse non gloriatur. Igitur omnes omnino Christianos, nullo excepto; Petro Dominus commendauit. Turrianus aliter, lib. 1. de Ecclesia c. 9. *τὸ ποιμαίνω non potest significare, ratione articuli & pronominis, nisi τὸ ποιμαίνω ἑλόν, id est, vniuersaliter, ut si diceret, pascere quascumque oues meas.*

XI. Respondeo: Primum, ex vi ipsa verborum non posse ita colligi: quia est propositio indefinita quæ non semper æquiualeat vniuersali: cuiusmodi hæc sunt: Act. 2. *Prophetauerunt filij vestri, & filia vestra: & iuuenes vestri visiones videbunt: & seniores vestri somnia somniant*, non omnes vtiq; vniuersaliter, nullo excepto, sed indefinite. Act. 4. *Adstiterunt reges terra, & principes coeli sunt eodem aduersus Dominum & Christum eius*. Atqui soli Iudæi, & cum eis vnicus Pilatus. Luc. 11. *Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius*. Quid? ne exceptis quidem iis qui crediderunt? Matth. 13. *Hierusalem, Hierusalem, qua occidit Prophetas: & lapidauit eos qui ad te missi sunt*. Minime vero Elam. Sed himirum, tum hæc, tum similes plurimæ, ne omnes perceseam, quamuis ad hinc articulis, sic indefinite sunt, ut eas stultum sit & absurdum, pro vniuersalibus interpretari. Chryostomus in Genesin homilia 57. cum notauit Iacobi diligentiam in pascendis ouibus Labani: *τὸν ἀπαρτὸς ἐπὶ τῶν οὐβίων οἱ τῶν λογικῶν ἀποπέσειν ἐκ χειρὸς ἀνομοῦντων*. Hunc omnes imitantur, quibus rationales oues concedite sunt. Scilicet hæc exhortatio solos spectat Oecumenicos? Credant qui nondum ære lauantur. Et tamen habes τὸ ποιμαίνω, & quæ ac in Euangelio τὸ ποιμαίνω.

XII. Quare, quemadmodum ut illæ sint enunciationes veræ, satis est plura in diuina cõprehendi, seti non omnia: sic nihil obstat, quominus vere Christus commiserit Petro ouium suarum curam, ut tamen non omnes profusus ei fuerint subditæ, nulla profusus excepta: Sic Petrus ipse, singulis Episcopis commendauit τὸ ποιμαίνω τῶ Θεοῦ. Annon enim idem est, ac τὸ ποιμαίνω? Sane: ipso teste Bellarmino, qui hoc Ioannis loco τὸ ποιμαίνω nihil aliud esse contendit, quam ouile meum. Et addit quidem Petrus τὸ ἐν ἑμῶν; quod notauit etiam Bellarminus: sed præterquam quod à nonnullis exponitur pro viribus vestris: tamen, si referas ad τὸ ποιμαίνω, ita ostenditur posse oues Christi dici non vniuersaliter. Iam vero, Apostolis ipsis, tum omnibus, tum singulis, nonne dictum Matthæi 28. *Μηδὲ ἀποστείνα πάντα τὰ ἐν τῇ γῆ*? Quid si nos igitur sic arguamus, nullus est omnino Christianus, qui non sit alicuius gentis: ergo omnes Christiani, nullo profusus excepto, quicumque tandem ille sit, singulis Apostolorum, reliqui etiam Apostoli, qui profecto erant alicuius gentis, ne ipso quidem excepto Petro, essent discipuli. Quod si autem hæc verba exceptionem admittunt, nempe ut intelligatur Apostoli eximi ex hoc generali gentium nomine: cur non & ea, quæ sunt apud Ioannem, sic dicemus intelligenda, ut ouium nomine ipsi Apostoli, Petro additi socii in Ministerio Euangelico, non comprehendantur?

XIII. Secundo, Ezechielis 34 hæc eadem phrasid vsurpatur. *ἰδοὺ ἐγὼ ἐπιπέσειν τὸ ποιμαίνω, ὡς ἐστὶν ἐπιπέσειν πεισθέντες, δεινὸς ὅτι ἡμεῖς τῶν ἀποστόλων τὸν οὐβίαν ἀποπέσειν*. Ecce, ego contra pastores: & requiram oues meas de manibus eorum: auertamque eos, ne pascant oues meas: nec pascant amplius eas pastores. Atque hunc locum Theodororus & Lyranus intelligendum dicunt de principibus, & prophetis. Cyprianus autem epist. 67. diferte applicat Pastoribus Ecclesiæ. Dominus igitur de singulis Prophetis vsurpat τὸ ποιμαίνω τὸ ποιμαίνω. An ut eos significaret fuisse summos Pontifices, & pauisse etiam Prophetas? An vero ut Prophetas negaret esse in numero ouium suarum? Neutrum sane: sed indicat non propterea præfici pastoribus eum, qui indefinite ouibus Dei præfici dicitur.

XIV. Tertio, fatentur quidem omnes Christiani; imo vero gloriantur se esse oues Christi. Diuersa tamen ratione. Alii enim à solo Christo pascuntur, ac proinde dicuntur oues, solius Christi pastoris habita ratione: alii vero pascuntur etiam ab hominibus ad id munus ab ipso Christo vocati: Ex illo numero fuerunt Apostoli: & sunt post eos terris subditos, omnes Episcopi, qui Ecclesias regunt, ad id sui rationem Dominoreddidit. Christus ergo cum Petro commendauit suas oues, eas intellexit, quas pasci vellet non à se solo & immediate, sed à se per Petrum. Nulla itaque ratio patitur, ut in iis ouibus Apostoli numerentur, quos ipse pollicitus erat, se deducturum in omnem veritatem per Spiritum paraclætam, quem postea reapse effudit. Denique si his verbis, *Pascite oues meas*, omnes omnino Christiani intelligerentur, nullo profusus excepto, ne Apostoli quidem, & pastoribus, nunquam ea Patres applicarent singulis Episcopis, quos persequitur non esse Oecumenicos.

XV. Atque hæc erant in vocibus Bellarmini *ἀποστολία*. Nunc argumentorum sophisticem videamus: quæ à Bellarmino quidem habemus duos

Inferre Oecumenicum Pontificatum; alias futurum ipsum personalem: quod nunquam velint aduersarij.

IX. Sin autem dicantur esse officij: primum, petitur principium, quia questio est, vtrum id officium Petrus habuerit: si enim non habuit, constat ne eius quidem prerogatiuas habuisse: & nos quemadmodum negamus Petrum fuisse Oecumenicum, sic non possumus concedere, eum habuisse vllas prerogatiuas, quae ipsum aliquo gradu Ecclesiastici ministerij superiorem reliquis Apostolis constituerint: nam prerogatiuas personales, non inuiri concedimus: imo libentissime recolimus: siue illas Scriptura doceat, siue Patres tradant. Secundo, si essent officij prerogatiuae, eas oportere inueniri in omnibus, in quibus ipsum officium. At res aliter se habet. Nam quaecumque enumerantur ab ipsis aduersariis, ea ipsa Petro sunt propria, vt nihil iuris in eis habeat quisquam alius. Nam nec immutatum fuit nomen a Christo vlli Romano Pontifici: etsi sero tandem simiae conari sint imitari. Nec Cephas vlli nomen imponitur: Quod Petrus Messias variatum lectionum c. 19. tanquam mirum obseruat. Neque vllus ambulat super aquas: & similiter cetera. Quod si non sunt officij, quis sanus ab his concludat ipsum officium? Aut cur non aequae regiam mutet item? Cur non, inquam, aequae dicunt, Petrus multas habuit inter Christianos prerogatiuas, ergo constitutus est Rex Romanorum? Nempe quia non pertinent illae ad munus regum. At iam probatum, non pertinere ad Oecumenicum Pontificatum. Ergo, aequae absurdi Papistae ab his prerogatiuis istum concludentes.

CAP. XVI.

De Petri prerogatiuis ex Euangelio Matthaei.

Hactenus in genere responsum ad argumentum: deueniendum iam ad examea singularum prerogatiuarum: quo certius constet frustra Papistas laborare. Eas varie varijs conuertant: omnium autem diligentissime Bellarminus, vsque ad viginti octo: cum ante eum ceteri paucioribus multo fuissent contenti. Sunt autem viginti prima: & Scripturis: octo reliquae ex traditione.

I. Prima prerogatiua est, mutatio nominis Simonis in Petrum, & Ioannis. Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas. Conclusionis forma Si Christus mutauit Simonis nomen in Petrum, ergo Petrus est Oecumenicus Pontifex. Consequenteriam firmiter primo, quia Deus nunquam imponit noua nomina, nisi maximis de causis, & ad significanda privilegia concessa iis quibus nomina mutantur. Secundo, quia soli ex omnibus Apostolis nomen est immutatum. Nam Boanerges, cognomen est potius, quam nomen inditum filiis Zebedaei; Marc. 3. quo etiam postea nunquam appellantur. Tertio, quia tale nomen est, quod Syriace Petram significat: Graece autem caput, vt libro 2. contra Parmenianum annotauit Optatus. Est denique vnum ex celeberrimis Christi nominibus, quo nullum aliud ei frequentius tribuitur in Scripturis. Christus ergo cum solo Petro suum ipsum nomen communicans, & nomen illud quo ipse significatur, vt fundamentum & caput Ecclesiae vniuersae, quid aliud indicare voluit, quam se facere Petrum fundamentum & caput Ecclesiae suo loco? Sic Bellarminus.

III. Sed negatur consequentia, & quidem nemo est, qui putet hanc nominis mutationem carere mysterio: sed non est necesse, id mysterium esse Oecumenicum Pontificatum. Possunt enim alia sic facile significari. Chrysostronus homilia 18. in Ioannem, notat Christum hac impositione ostendisse, se eundem esse qui verus Testamentum dedisset, videlicet, quia aequae mutatum ab eo fuit nomen Abraham, Sarae, Israel. Quod vtiq; mysterium, neq; paruum, neq; inutle: sed ne quidem accedens ad Oecumenicum Pontificatum. Idem aliud annotat, nempe diuini beneficij perpetuam monumentum. Et qui debebant, inquit, ab inuente aetate virtute polle- re, ea tunc indita sunt nomina: qui vero in aetate progressu profecturi erant, postmodum. Atq; adeo Salmero tom. 4. part. 1. tract. 17. Eiusmodi nominis mutatione signata est noua vita, & nouus ac primus filius Christi, qui olim erat filius Iona: vt sit typus aliorum lapidum, qui si naturaliter non repugnant veritati, Dominus intuetur eos oculo misericordiae, naturam imperfectam ac debilem fide confirmatam reddens. At hoc rursus mysterium nihil habet commune cum Oecumenico Pontificatu. Augustinus in Ioannem tract. 7. ea nominis mutatione doceri vult, & adificandum nobis esse super Petram. Hoc vero quid ad Oecumenicum? Denique Cyrillus libro 1. in Ioannem. c. 15. Nec Simon fore iam uerbum ei, sed Petrus, praedicit: vocabulo ipso commode significans, quod in eo tanquam in Petra firmissima suam esset adificaturus Ecclesiam. Atq; hoc mysterio scimus sibi Papistas gratulari: sed nos iam de coprolize disputauimus: & euicimus aliud esse ab Oecumenico Pontificatu. Haec igitur mysteria, in noui nominis impositione, facile videt antiquitas: illud vero de Oecumenico violenter intrusit nouella Sophistica.

IV. Iam, quod sumitur Petro ex Apostolis soli mutatum; primo im- portunum est. Nam, cur solus non dicitur absolute, sed solus ex Apostolis? Nempe in promptu erat Chrysostronus, qui obseruauit mutata fuisse nomina etiam veteris Testamenti. Sed si ista sunt ingeniosa. Quare enim id potius valeat ad confirmandum hunc primatum, quod soli ex Apostolis Petro mutatum fuerit nomen: quam ad eum ipsum destruendum, quod id ipsum factum sit aliis, etsi non Apostolis? Dicam disertius. Oportet, aut soli omnino Simonis immutatum nomen; ad Pontificatum Oecume- nicum ei adstruendum: aut non bene adstrui inde, quod non soli absolute, sed tantum soli inter Apostolos, mutatum fuit. Nam si sola mutatio nominis consideratur, ea si sit pluribus communis, privilegium esse non potest, etsi in eius communionem nemo Apostolorum veniret: sed tantum aliquis ex infima fidelium sorte.

V. Deinde, quid commiserunt Filij Zebedaei, vt expungantur ex Apo- stolorum albo? Nam eis Christus indidit nouum nomen Boanerges. Itaq; saluum, soli ex Apostolis Petro mutatum fuisse nomen. Imo, inquit,

non nomen mutatum, sed inditum cognomen. Atqui, inquam, Chryso- stomus tamen copulat, τὸν ἰσχυρὸν ἀνέρας τὸν ἰσχυρὸν λέγοντες ἡμῶν. Hunc quidem sic nominauit: Iacobum vero Filium conitru. Cuius nomen præponderat, & auctoritas? Chrysostroni-ne, an Iesuitæ? Sed ad rem. Mutatum fuisse Petro nomen, non solide asseritur. Nam scriptura non dicit: Gum Abrahamo mutatum est, legis Geneseos 17. Non erit vltra nomen tuum Abram, sed Abraham. At de Petro aliter: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Petrus: vbi non antiquatur prius nomen: sed alterum ad- ditur. Itaque Petrus etiam cognomen fuit: teste Luca Act. 10. μεταπέτρας ὀνομασθε, ἀπὸ τῆς λέξεως πέτρας: accersit Simonem, qui cognominatur Petrus. Inde vsus Simonis Petri, Matthaei 16. Lucae 5. & 9. Et apud Ioannem c. 1. frater Simonis Petri: Et 13. Venit ad Simonem Petrum: atque adeo vix vquam aliter Ioannes. Ipse Petrus 2. epistolae in titio. Simon Petrus, seruus & Apo- stolus. Itaque non minus Simon, quam Iacobus cognomen accepit. At Boanerges, inquit, nunquam deinceps vsurpatur. Quasi eo Christus imposuisset, vt nulli futurum esset vsui. Sed ratio manifesta. Quia non vni, sed duobus simul imposicum esset: illi ante erat distinguidi: ne in- certi auditores nescirent vter designaretur. Et sane id non obstitit, quo- minus hos Petro Chrysostronus coniunxerit, & in eis eadem mysteria v- stigarit.

VI. Quid? quod in huius prerogatiuae consortium Paulus venit, & quidem ex aequo? Testis Theodolus in primum ad Romanos. A Saulo propterea in Paulum sane mutatus est, vt ne inferior esset Apostolorum cory- phaeo Petro. Et didicit iste a Chrysostrono in eodem locum. Τίς ἔστι μετα- ἰσχυρὸν ὄνομα αὐτοῦ ὁ Θεός, καὶ Παῦλος ὄνομα, καὶ Σαῦλον ὄνομα ἡλικονίου καὶ τῶν ἄλλων ἑλλήνων ἱερέων ἅπαντων ὁ κερυφαῖος ἢ κορυφαῖος, τὸν καὶ αὐτὸς κατή- σκηται, καὶ τοῦ αἰώνου οὐκ ἐκείθεν, καὶ ἴσον λαός. Quam ob causam mutauit ei nomen? Et Saulus qui esset, Paulum nominauit? Vt ne hac quidem parte reliquis Apostolis inferior esset: imo quod habuit eximium princeps ille discipulorum hoc ipsum obtineret, maiori, que necessitudinis argumentum sumeret. Non fuit haec ergo Petri vnus prerogatiua. Et si ob eam Petrus Oecumenicus: & Paulus hac parte eo non inferior: ergo Paulus Oecumenicus. Sed hoc absurdum. Falsum ergo hanc nominis mutationem portendisse Oecume- nicum principatum.

VII. Quod attinet ad ipsius nominis rationem, significari Petram apud Syros eo tono, non est obscurum. Nec ferat a Salmerone conquirendus nescio quis scopus aut scopulus, quem Albertus siue legit, siue legisse vi- di vult apud Iosephum: non item originationis λεπτολογία iustanda. Id enim vt verum est, sic causam nihil adiuuat. Nam quid tum, si Petra Christus appellatur? At qui Christiani nomen a Christo ductum quo no- mine longe frequentius Filius Dei significatur: & tamen qui Christiani a Christo, non uideam sunt summi Pontifices. Praeterea, non ipsum Petrus nomen inditum Simonis: sed inde deductum per agnominacionem Πέ- τρος. Quid tum enim, si quam communiter πετρίων Graeci dicunt, Attici πέ- τρος vocant? Certe Euangelista non sunt vsi dialecto Attica, sed com- muni: alioqui, cur non etiam Christum masculino sine πέτρος dixeret? Cer- te id non est de nihilo; quod cum Christus nunquam Petrus appelleretur, sed Petra: Simon tamen, nunquam Petra, sed Petrus. Neque id aliorum trahi potest, quam vt dicamus non ὁμωνύμως, sed παρανόμως Simonem sic appellatum fuisse. Quae παρανομία si non potuit Syriace exprimi, nihil decedit eaulae nostrae: vt alias dictum.

VIII. Sed eodem nomine Graece significari caput quam ridiculum? Quantumlibet affirmante Optato, ac cum eo, si velis, Aniceo illo suppo- sitiono: quos crassius nimirum, & puerilis error abduxit a recto. Si tamen abduxit Optatum: quod vix credam: & statuum potius ineptum esse scioli cuiusdam additamentum: cuiusmodi plurima Critici subinde dea- prehendant. De quo tamen suum esto cuique iudicium. Ego sane sic malum, quam tantam ineptiam tanto viro imputare. Graeci κεφα- λῶν dicunt, nunquam Cephas. Etsi autem vnonnulla sit syllabarum similitudo, tamen significatio non est eadem. Quid enim? si quia κε- φαλῶν Graece stultus dicitur, ideo dicat aliquis Euangelistam Matthaeum dictum esse tanquam stultum? Imo ne Thomam quidem quisquam fe- rat κεφαλῶν τῆς θωρακῆς: aut Simeonem a Simia. Aquinatem quis non rider, qui praefatione in libros Boethii de Consolatione, ea syllabarum similitudine deceptus, titulum a Titane, id est Sole, format? Denique longe propin- quum est allusio inter κεφαλῶν & κήφας. Et tamen sanum, ne quis existimet, qui ita lusit?

IX. Stapletonus subtilis singula persequitur in Relectione contro- uers. 3. qua sit. artic. 1. Tres ergo gradus distinguit: Primum, noti nomi- nis praedictionem, Ioannis 1. Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Secundum, noui nominis impositionem, Marci 3. Et imposuit Simonis nomen Petrus. Tertium, noui nominis expositionem, Matthaei 16. Tum singulos gradus exag- gat, pensulatis curioso cir- eunstans omnibus. In primo: quod ad ipsum statim primum aspectum, & congressum: scilicet, vt tam a Petro quam a posteris diligentius obseruaretur Et quod antequam loqueretur, Petrum Christus intuebatur: qui modus studiosum quendam & singularem affectum coniunctum ha- bet. Et quod primum, vulgare eius nomen protulit: nempe, vt antithesis fortior fieret, & nominis pollicitatio illustrior. In secundo: quod imposi- tio facta sit, cum duodecim Apostolos designauit Christus: vt eodem mo- mento caput ceterorum pastorum insinuat. Et quod in ea uocatione semper Petrus primum enumerationis locum occupet. Et quod mutatio aliquid excellens in ipsa persona significet. In tertio, tum occasionem notat confessionis editae: tum emphasin verborum: & reliqua; quae an- te expensa fuere. Atque haec est Stapletono propria in disputando pom- pa, & magnificentia: qualis esse solet circulatorum, qui suas ineptias lo- nangibus uocabulis sollicitè commendant.

X. At primum, vix crediderim tres gradus bene distinctos. Nam apud Ioannem 1. c. cur praedictio est potius, quam impositio? Nam sane sic a- bias Genes 17. Nomen tuum erit Abraham. Et 35. Israel erit nomen tuum. Luc. 1. Vocabitur Ioannes. Quibus locis non praedicitur, sed imponitur no- men. Neque Marcus notat tunc fuisse mutatum Simonis, cum duodecim selesit.

selecti. Sed cum in enumerationem deveniret eorum qui erant selecti, mutationem nominis indicavit; non habita temporatione, ut alias saepe Itaq; Aquinas in hunc locum quatit, quare Simoni nomē Christus indiderit a principio conuersionis, nō vero à natiuitate. Sed & Nonnus, *σύμβολοι κληρονομοῦ κηφῆς. Δεύτερον ἵνα ἴδωμεν ὅτι τὸ πρῶτον. Tu mihi vocare Cephas. Secundum nomen accipe recentius.* Sed & Augustinus De consensu Euangelistarum, in libro 1. cap. 17. & 53. tum 4. cap. 3. hanc sententiam diffuse tueretur. Accedit Pererius Iesuita in primum Ioannis disputat. 49. Quod si duo tantum sint gradus, magna pars perit horum mysteriorum.

XI. Secundo, etiam si bene distincti sint gradus, tamen consequentia nulla est ad Oecumenicum Pontificatum. Prædixit Christus. Sic Chrysostomus obseruat: & post eum Theophylactus, Euthymius, Aquinas. Sed de Pontificatu, ne quid quidem. Imo prophetaſſe dicunt, ut cum Nathanaele, & Samaritana, ad auctoritatem sibi comparandam. *ὅτι τὸ σημεῖόν, inquit Chrysostomus, ἃς ἠπίον αἱ ἀποφθέγγασαι αὐτοῦ ἵνα, ἢ τὸ ἀκόμπτου ἔχουσι. Nec enim minus quam signa, mouent propheta, nec vltimum praese factum ferunt.* Non igitur ut Petrum aliis præferret, sed ut se ipsum ostenderet quis esset, Christus prophetauit, *ἀρχαῖα δεκρυφθέντα περὶ σοῦ φησὶς: incipit reuelare diuinitatis mysteria;* id est, suam ipsius Deitatem. Et isto tamen: sint omnia comparata, ut soleat aliquid indicetur: tamen longius de huius est ad Oecumenicum Pontificatum. Nam & in primo congressu Nathanaeli dixit; *Ecce vere Israelita in quo dolus non est, & Samaritana, da mihi potum.* Et vtrumque vix ac ne vix quidem potuit fieri, nisi oculis in eos conuersis. Quamquam τὸ ἐμβλέπειν facile esse potest pro simplici βλέπειν, ut Marci 8. *ὁ ἐβλέπετο πλάω γὰρ, Clare vidit, Act. 22. ὡς σὺ ἐβλέπεις. Cum non viderem.* Nec phrasin ipsam, Tu vocaberis Cephas, per se significare necesse est aliquid singulare & excellens: sed duntaxat noui nominis usurpationem. Nam quod Stapletonus comparat cum hoc loco, Tu vocaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constituit, coactum est. Non enim sunt loci profus similes: quia hic ratio nominis impositi redditur; non in Petro: & si qua est emphasis, ea pendet non ab ipsa phrasi tota, Tu vocaberis Abraham: sed à solo nomine, eiusque etymo. Et tamen emphasis non significabit Oecumenicum Pontificatum.

XII. In secundo gradu; primum, ut dixi, non est certum, eam nominis impositionem tum factam fuisse, cum duodecim eligerentur, mitterenturque. Deinde, quis hanc tum concedat factam, ut eodem momento caput ceterorum pastorum insinueretur? Fecit ea est petitio principii: quæ longè facilius sumit, quam demonstrat τὸ κελεύειν. Et quæro, quid erat necesse tum caput illud insinuare? Quod neque constituebatur, neque vllius usus erat. Nam constitutum ipsi Papistæ asserunt, duntaxat post resurrectionem: & manifestum est discipulos, cum missi sunt primo, à nemine pependisse, nisi à Christo. Scilicet Papistæ, itidem ut proci, quod amant, putant se passim cernere.

XIII. De tertio gradu, id est, de loco ex Matth. 16. dicta sunt iam satis multa: quæ huc transcribere nihil attinet, id est, actum agere.

XIV. Toleti notationibus in primum Ioannis noua subtilitas fuit: Petro non ablatum prius nomen, sed nouum additum: nempe, ut primo nomine significaretur esse Apostolus cum reliquis, quibus reſeruatâ pristina nomina: sed altero, supra Apostolos. Vah! profundum meditationum! Sed ego solidum quaerebam. Est ne igitur ita, ut quibus nomina vetera relinquere, omnes essent Apostoli? quis dixit? quis edixit? Est ne igitur, ut quibus nomina addita, si fiat supra Apostolos? Quo igitur ordine locabis vtrumque Boanergem? An piget in præteritum?

XV. Secundo prærogatiua: Quam nominantur Apostoli, vel omnes, vel aliqui, semper primo loco ponitur Petrus. Mat. 10. Marc. 3. Luc. 6. Act. 1. Marc. 5. Luc. 8. & 22. Matth. 17. Marc. 13. Ioannis vltimo.

XVI. Respondeo: Primo non est perpetuum: itaque non priuilegium, siue prærogatiua. Ioannis 1 Petrus post Andream nominatur. *Erat Philippus ex Betſaida ciuitate Andreae & Petri.* Primæ ad Corinthios 3. nominatur, Paulus, Apollo & Cephas. Ad Galat. 2. Iacobus, Cephas & Ioannes. Prioris ad Corinth. 9. Reliqui Apostoli, & fratres Domini, & Cephas. Marci 16. Discipulus eius & Petro. Act. 1. Quam vidissent mihi concredidit esse Euangelium præputii, sicut & Petro circumcissionis. His saltem locis Petrus nominatur post alios. Qua igitur fronte asserunt, hanc ei fuisse prærogatiuam, ut semper primus & ante reliquos nominaretur?

XVII. Quamquam in 2. ad Galatas Bellarminus negat esse certum an Paulus sic scripserit: & rationem dubitandi notat, quia Ambrosius, Hieronymus, & Augustinus legant Petrus, Iacobus, & Ioannes: sed & Chrysostomus in Commentariis. Si tamen sic legendum, dicendum, inquit, factum, vel quia Iacobus erat Episcopus Hierosolymorum, vbi tunc erant Apostoli de quibus Paulus loquitur: vel quia Paulus hoc loco nullum ordinem seruauerit.

XVIII. At quis non agnoscat meram desperationem, dum vellicari videtur fidem codicum sacrorum; in tanto consensu omnium exemplarium; imo & interpretum tum Latini, tum Syri: etiam Commentariorum Græcorum, Chrysostomi, Oecumenii, Theophylacti, ut Latinos taceam? E nimiuero, dubitandum potius videatur, vtrum Ambrosius & Hieronymus ita scriptura reliquerint, Petrus, Iacobus, & Ioannes, an potius liberiorum iocuria ordo sit peruersus. Nam de Augustino & Chrysostomo facilis responsio. Ille nihil habet, quo constet legisse in contextu aliter, quam nunc habemus. Cum enim dixit, *Petrus autem, Iacobus, & Ioannes honoratores in Apostolis erant* non ἀπολλεῖ contextum citat, sed suo arbitrio sensum exponit: sicut & Chrysostomus, qui cum in contextu nihil variet, in commentariis mutauit ordinem. Potuit autem vterque securior esse in re tantuli momenti. Nam ante huius temporis Papistas, nemo mysterium quaesierat in hac nominum serie.

XIX. Sed si factum, inquit; vel quia Iacobus erat Episcopus: vel quia ordinis cura nulla. Riddle, inquam. Non enim argumentum fuit ab enumerandi causa: sed ab ipsa enumeratione, cuius quæcunque tandem causa fuerit, tamen ipsa constat: & ea magis constaret, si daretur certa causa. Quate, cetera etiam nostra instantia, primum locum non fuisse Petro

assignatum ex prærogatiua. In quo tanto plus est ponderis, quanto illi diſertius ducunt non ex eo simpliciter, quod interdum, aut etiam sapienter: sed ex eo quod semper. At hoc manifeste falsum ex his locis. Deinde, quid habet hæc causarum enumeratio momenti? Clarius. Concedamus illis, si placet, primum numerari Iacobum, siue ob Episcopatum, siue fortuito. Quid tum? Nempe hoc illi volunt, non propter principatum Oecumenicum: Et cachinnum aliquis comprimat, in tam fœda addidit? Eset enim concipiendum argumentum hæc forma: Quisquis propter Oecumenicum principatum semper primus nominatur, is est Oecumenicus Pontifex. Quo quid potest esse putidum magis?

XX. Sed illud de Episcopatu Iacobi est frivolum: est mutuum ab Anselmo, & Thoma. Primo, vix sit verisimile, fuisse Iacobum Episcopum, qui Apostolus esset: præterea non concedent aduersarii, cum Oecumenicus est in aliquis diocesi, tum honoratiorem esse eum Episcopum, ut ei primæ sint deferenda. Nam contra Episcopum Episcoporum appellant, & ordinariū ordinariū: & Dominum omnium: & omnes Episcopos eius ministros. Atque a se iam olim Synodo Constantinopolitana Agatho interesse voluit, quantumlibet versaretur intra muros Constantinopolis, ne federet secundus ab eius loci Episcopo; Synodi præſide. Deique nunquam dabunt aduersarii Episcopatum Hierosolymitanum digniorem esse, Oecumenico. Altera causa verior, nullum ordinem à Paulo fuisse seruatum. Profecto ille non putauit, non tantum vllam prærogatiuam aut acquiri, aut significari ex priori, posterioriue loco in enumeratione: Sed ne quidem Petro vllum ius esse, ut semper primus non nominaretur; alioquin, quis dubitet cauiturum ne ei magnam faceret iniuriam? Is, inquam, qui cum de se & Siluano ac Timotheo loquitur, sibi primum locum semper retinet?

XXI. Secundo respondeo: Si Nazianzeno credimus, non fuit id Petri priuilegium vllum: sed commune cum Iacobo, & Ioanne. Sic enim ille in oratione de moderatione in disputationibus: Πέτρος, & Ιάκωβος, & Ιωάννης, οἱ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ὄντες, καὶ ἀεὶ ἀδελφοὶ. Petrus, & Iacobus, & Ioannes, qui præ alijs: & erant & numerabantur. Quod si hæc prioritas in Petro consistit Oecumenicum Pontificatum, cur non in Iacobo & Ioanne? Aut si non in his, cur in illo?

XXII. Tertio, negatur consequentia. Non enim valet illatio, Petrus nominatur primus inter Apostolos: Ergo, est Oecumenicus Pontifex. Primatus enim est, vel temporis, vel ordinis, vel dignitatis, & non duntaxat potestatis. Petrus ergo, etsi non fuerit primus tempore; potuit tamen esse primus ordine; primus etiam dignitate: nec tamen primus potestate. Nam hunc potestatis primatum nullum esse à Christo institutum euicimus. Posse autem inter æquales, id est, præditos eodem munere, & æquo iure, id est, inter pari præditos consortio honoris & potestatis, ut Cyprianus loquitur; sic ut non habeat alius in alium vllam auctoritatem: posse, inquam, inter eos esse primatum ordinis, & dignitatis, ipse communis sensus docet, & experientia confirmat. Romæ, cum instituerentur duo consules, alter dicebatur primus, puta, Cicero: Nam hic prior erat Antonio, tum quia prior renunciatus: tum quia in conseruanda & administranda Rep. eius fuerat partes præcipuæ. Antonius tamen ab eo nullo officii iure pendeat. Hoc vero melius ipse Cicero doceat suis verbis in oratione pro Muræna. *Neminem fugit, quum multi pares dignitate fiant, vnus autem primus solus possit obtinere, non eundem esse ordinem dignitatis, & renunciationis: propterea quod renunciatio gradus habeat, dignitas autem sit persape eadem omnium.*

XXIII. Hoc modo Concilium Constantinopolitanum ordinem definiit sedium Patriarchalium, canone 36. *Ὁ ἐκζητῶν ὡς τὸ Κωνσταντινουπόλιος ἵερός, τὸ ἴσον δὲ τῷ λαοῦ πρεσβείων, & τῷ πρεσβυτέρῳ ἱερέϊ, καὶ τῷ ἐκκλησιαστικῷ ὡς ἐμείνον μεγαλωσὸς πρὸς ἄλλους, σὺ δὲ τῶν μετ' ἐμείνον ὑποάρχοντων: καὶ τὸ ἴσον τῷ Ἀλεξανδρινῷ μεγαλοπόλιος, καὶ τῷ τῶν ἱεροσολυμιτῶν πόλιος. Definim⁹ Constantinopolitani tironum pari honore frui cum Romano: aique inter rebus Ecclesiasticis æque magnificeri: sic tamen ut secundum locum obtineat: post quem Alexandrinum: & post hunc Hierosolymitanum. Quæ verba sunt admodum perspicua: ut sic post Romanum Constantinopolitanus, ordine tamen. Et quia solet qui prior est reliquis, etiam dignior censeri, ideo etiam dignitate. Sed eadem opera sollicite cauetur, ut æque vterque in negotiis Ecclesiasticis exalteretur, quæ æqualitas est officii, & potestatis. Prævident enim boni Patres tandem futurum, ut hæc ordinis contentio abiret in præceps, quod & factum.*

XXIV. Hunc primatum ordinis, siue dignitatis, & Paulus indicat, quum nominat, *πρῶτος δοκεῖ ὡς τῶν πρῶτος, ad Galatas 2. item πρῶτος καὶ ἰσὺν δὲ πρῶτος* secundæ ad Corinth. 11. Et Cyprianus, qui etsi primatum Petro dari agnoscat, tamen diserte asserit reliquos eiusdem fuisse cum eo honoris & potestatis consortio præditos. Sed & Eusebius historiae libr. 2. c. 13. *ὁ πρῶτος καὶ ἰσὺν δὲ πρῶτος τῶν ὄλων ἐκκλησιαστικῶν. Ἐκ τῆς κατὰ τὸν ἰσὺν δὲ πρῶτος ἐκκλησιαστικῶν, τὸ ἀρετῆς ἐνεκῶν τῶν λοιπῶν ἀπίστων ἀποστόλων Πέτρον ἐπὶ τῶν ἱεροσολυμιτῶν λυμῶνα βίβη ἡγεγῶναι. Is qui omnibus rebus optime humanissimè, prouidet, sortem & in Apostolis magnam, reliquitur, quæ ob virtutem primatum, Romam quasi manu prehensum deducit ad eam vice p̄ſestem. Ἀρετῆς ἐνεκῶν ἀποστόλων, inquit: quomodo Cicero pro Plancio, Catonem vocat in omni virtute principem. Augustinus tract. in Ioann. 114. *Petrus natura, vnus homo erat: gratia, vnus Christianus: abundantiore gratia, vnus idemque primus Apostolus.* Hæc ipse Leo in sermonibus de Petro & Paulo, non solum Petrum dicit Principem & primum Apostolici ordinis, sicut ante eum Augustinus, sermone 13. de verbis Domini, in *Apostolorum ordine primum*: sed etiam Petrum & Paulum *Apostolorum præcipuos*: scem. 1. E Bernardus sermone in festo eorum. *Apostolorum principes.* Hunc primatum nec nos odimus, quod falso asserit Bellarminus: & intellexit Ambrosius in 2. cap. prioris ad Corinthios, quum dixit, *Prior Andreas sequutus est Saluatorem: primatum vero non accepit Andreas, sed Petrus.* Augustinus autem alio sensu dixit tractatu in Ioannem vltimo, *Apostolatus primatum*, non pro dignitate eius qui inter Apostolos emineret: sed pro ipso Apostolatus munere, ut alias saepe: & quo sensu apud Patres Episcopatus nominari solet primatus Ambrosius in 2. ad Galatas hunc nostrum primatum intellexit, cum de Paulo dixit, *ut dignus esset habere primatum in**

XXXVIII. Quod attinet ad Patres; Primum falso aliquos Bellarminus nominat. Nam Athanasius non alludit ad hunc locum; sed ad illum è decimo quarto capite, vt verba ipsa ostendunt: *ἡμελογοῦνται λοιποὶ πατέρες τῷ Πέτρῳ ἀποστόλῳ ἐπισημαίνοντες τὸν πᾶντα πᾶντων, ὅτι ἀληθὲς Θεὸς ὡς ἐστὶν ἑστώς.* Deinceps agnoscitur à Petro quidem primum, deinde à reliquis, esse vere filius Dei. Nam illud ἀληθὲς non usurpatur 16. capit. Cyrillus, Chrysoctomus, Augustinus, Leo; primum intelligunt in eius confessione actu hoc est, hoc sensu; vt tum temporis omnibus interrogatis Petrus occuparet responsum. Verba sunt, Chrysoctomi; *πάντων ἰσχυρῶς τῶν αὐτῶν ἀποκριθῆναι; omnibus interrogatis, ipse respondet: Πέτρος ὁ ἀποστόλος καὶ ἀρχιεπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας; Petrus confestim præsiliit, ac praecipuas.* Cyrilli. Cum iterum post responsum ab eis quaeretur, vos autem quem me dicitis esse? vs princeps caputq; ceterorum primum exclamauit. Leonis. At ubi quid habebas discipulorum, sensus exigitur, ille primus est in Domini confessione. Nec aliter intelligendus Augustinus. Hic est Petrus, qui diuina reuelatione prior omnium veritatem meruit confiteri. Itaque solus superest Hilarius: cuius priuatum iudicium demonstrationis vim obtinere non potest.

XXXIX. Sed denique, etiam certissime constaret primo, atque ante omnes Petro factam eam reuelationem, tamen negatur inde legitime concludi Oecumenicum Pontificatum. Nihil enim eximium accessit iis discipulis, qui ante Petrum sunt vocati: aut illis operariis, qui Matth. 20. dicuntur conducti prima statim luce; cum alii tantum hora tertia, aut sexta, aut nona, aut deniq; vnde decima. Sed & Paulus, cui certum est nouissimo Christum apparuisse, & tanquam abortiuo, negat se tamen esse minorem aut Petro, aut vlllo Apostolo, quantumuis summo, quantumuis primo.

XL. Quinta praerogatiua ex Matth. 16. Porta inferorum non praualebunt aduersus eam. Quo verbo non solum promittitur perpetua stabilitas vniuersae Ecclesiae, sed etiam petrae, super quam fundatur Ecclesia: vt notat Origenes. Itaq; speciali priuilegio promissum est Petro, sedem eius nunquam esse ruituram: quam promissionem si habuissent ceteri Apostoli, adhuc staret sedes Iacobi Hierosolymis, Ioannis Ephesi; Matthaei in Aethiopia; Andreae in Scythia. Augustinus in Psalmo contra partem Donati. Numeratos Sacerdotes vel ab ipsa sede Petri: ipsa est Petra, quam non vincunt superba inferorum porra. Sensus est, ea Christi verba sic interpretanda: Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam: & porrae inferorum non praualebunt aduersus eam petram. Quam constructionem Salmero auerterit, tom. 4. p. 3. tract. 3. & tuerit his argumentis. Primo, quod Christus remuneraturus confessionem Petri, tertio repetiuit coniunctionem. Et, nimirum, & ego dico tibi: Et super hanc petram: & porta inferorum: vbi vides ex praecedentibus & sequentibus sermonem accipiendum de Petro. Secundo: Quid non in Ecclesiam vniuersalem supra Petram fundatam, neque infernum, neque mundum praualeere posse?

XLI. Respondeo: Matthaei locum sceddè torqueri. Primo, cum Petra intelligitur non tantum Petrus: sed etiam sedes Petri, cum tamen Christus sit: nec possit hac Petra, id est, indiuidua, tribus diuersis rebus assignari. Nam re vera, aliud Christus est, quam Petrus: & rursus aliud longe, Petrus, quam sedes Petri. Enim vero, si concedamus Petrae nomine Petrum significatum: tamen Petri nomine eius sedem veni, non potuit somnari nisi merus Papista. Atque adeo tam abfuerunt ab eo, omnes Veteres quam à fabricantis infomniis. Nam de Augusti no quid dicam? Primum psalmus ille sic compositus est, vt constet versibus non continui sensus: sed interrupti. Vt nihil sit necesse hanc Petram intelligi de sede Petri: sed de ea vite, ad cuius vnitatem paulo ante Donatistas inuitabat. Qui sit autem verisimile, id eum de sede intellexisse, quod, cum aliquando de Petro exposuisset, retractauit?

XLII. Secundo, quis non miretur horum hominum peruersitatem, qui, cum hanc Petram interpretantur, pertinaciter clamitant pronomen referendum ad id quod proxime praecessit: vbi tamen solum pronomen nō est: hic vero, vbi solum pronomen est, eam, remotius inuestigant? Nam illic quidem, si dictum esset, Tu es Petrus, & super hanc aedificabo, nulla nostra foret controuersia: constructio enim esset perspicua. Adde, quod non tantum nullum est incommodum, cum hanc petram intelligimus Christum, sed etiam multa sunt, si intelligas Petrum: hic vero & multa sunt si, eam, intelligas vel Petrum, vel sedem: & nulla profus, si Ecclesiam. Sed, & quid causa dicant, cur non mouentur Veterum consensu? Nam Origenes quidem ambiguum constructionem reliquit: Hieronymus dixit, Porta inferorum non praualebunt contra te. Sed praeterea nullus, imo omnes Ecclesiam dicunt. Chrysoctomus, *εἰ ὁ ἀληθὲς Θεὸς ἀποστόλος πᾶσι καὶ πάντων ἡμῶν.* Interprete Aniano. Si vero aduersus Ecclesiam non praualebunt, multo minus aduersus me praualebunt. Theophylactus, postquam portas inferorum dixit esse persecutores, & haereticos, *ποῦ δὲ ἐν διακρίσει, & ποῦ δὲ ἐν ἀρετῇ καὶ ἐπισημαίνοντες τὸν πᾶντα πᾶντων ἡμῶν.* Et applicans vniuersis fidelibus: *ἡμελογοῦνται λοιποὶ πατέρες τῷ Πέτρῳ ἀποστόλῳ ἐπισημαίνοντες τὸν πᾶντα πᾶντων ἡμῶν.* Si igitur & nos fundemur super confessione Christi, porta inferi sine peccata non praualebunt nobis. Euthymius. Non dominabuntur Ecclesiae. Anselmus Non praualebunt aduersus eam Ecclesiam. Athanasius oratione qua disputat vnum esse Christum, citato loco, *ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀλλοίωτος, καὶ ὁ ἀληθὲς Θεὸς, καὶ ὁ ἀληθὲς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ ἀληθὲς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ ἀληθὲς υἱὸς τοῦ Θεοῦ.* Ecclesia inuicta res est; etiam si inferus ipse commoueat: imo ipsi qui in eo sunt principis tenebrarum. Denique Syriaca versio manifesta est, vbi genere differunt ΠΕΤΡΟΣ, & relatiuum postremum; quod tamen conuenit eum ΠΕΤΡΟΣ.

XLIII. Sunt autem argumenta Salmeronis leuissima. Primum à particula, & quam nihil habere quod repugnet ei quam tuemur constructioni, omnes sciunt etiam patris & sane eam expressit etiam Syrus interpres. Nec Veteribus credo saltem Grammatica ignorantem affingent aduersarij. Itaque non sequitur si praecedentia & sequentia de Petro intelligantur, etiam media intelligenda. Nam illud quidem fit non vparticulat illius; sed pronominis, *Τὸ δὲ Τίβι δάβο.* Postea vero mutatur phrasus in tertiam personam, hanc petram: aduersus eam. Vix autem tolerita abrumpti orationis filium: vt eadem persona maneat, nunc Te dicamus nunc E-

um. Cur non autem nouum fuerit effectum de Ecclesiae firmitate? Aut cur non aequè ac de Petri? Et si non nouum, cur non magnū atque hoc factis. Sed aduersarij singula, non ex proprio pondere affirmant, sed suo arbitrio metiuntur.

XLIV. Sexta praerogatiua, Matthaei decimo septimo. Dominus iubet solum tributum pro se & Petro: vnde ceteros Apostolos collegisse, sibi Petrum praefecti, scribunt Origenes, Chrysoctomus, & Hieronymus. Autor denique Quaestionum Veteris, & Noui Testamenti quae tribuuntur Augustino, quae 75. id factum docet, quia sicut in Christo, ita & in Petro omnes continebantur, Ipsum enim constituit, inquit esse caput eorum, ut pastor esset gregis Domini. Sic Bellarminus. Alphonsus de Castro, arguetur ex eo quod Hieronymus asserat in hunc locum, Iudaeam factam tributariam, & omnes capite censos esse. Si igitur, inquit, tributa per capita soluuntur, quid est quod Petrus iubetur statim pro se & Christo soluere: nisi quia iam Christus meditabatur Petrum post se Ecclesiam caput relinquere?

XIV. Respondeo, nullam esse praerogatiuam. Nam si est: vel quia soluit tributum; vel quia soluit cum Christo. At neutrum. Non prius: fuit enim tributum inductum in capita: vt testatur Hieronymus: & ipse Syrus interpres appellat *ΠΕΤΡΟΣ ΚΑΙ ΠΑΥΛΟΣ ΚΑΙ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ* tributum & argentum capitis, sua capitatione. At id neque solus Christus, neque solus Petrus; sed omnes Iudaei; imo vero quicumq; sub imperio erant Romano, soluunt: ad Rom. 13. Propter hoc etiam tributa soluit. Syriace, argentum capitationis. Quodnam, obsecro, priuilegium? quae nam praerogatiua; in eo, à quo nemo excipiebatur? Non postest: quia certa causa est, cur tum Christus, tum Petrus debuerint soluere: nempe quia verique in ea urbe habitabant. Nam Matthaei 8. post ingressum in eam urbem, Christus dicitur venisse in domum Petri: ibique focum eius sanasse; Et Matthaei 4. Christus dicitur venisse & habitasse in ciuitate Capernaum. Non autem, venisse in ciuitatem suam. Idem patet, inquit Theophylactus, *τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ οὐκ ἦν ἐν τῇ Βηθλὴμ, ἀλλ' ἐν τῇ Ναζαρέθ.* ἵνα φανερὸν ἴη ὅτι κατὰ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἦν ἐν τῇ Βηθλὴμ, ἀλλ' ἐν τῇ Ναζαρέθ. Propriam urbem Capernaum dicit. Ibenim habitabat. Nam Bethlehemi genus eum: Nazareth alius: at Capernaum habuit perpetuo habitantem. Contentium omnes interpres. Quis autem nescit tributa solere per singulas ciuitates exigi? Tenebantur ergo vtique soluere exactoribus eius urbis, in qua domicilium sibi constituerat. Et soluere etiam alij, si in eadem habitassent. Ergo, nullum id fuit Petri priuilegium.

XLVI. At pro capite familiae, inquit, census soluebatur. Primum: vnde habetur, inquam? Ex Hieronymo. At id mendacium est. Hieronymus enim post Augustinum Casarem, inquit, Iudaea facta est tributaria, & omnes censu capite ferebantur. Proh Deum immortalem! portentosam ignorantiam! quae nobis capite censos expicet, capita familiae um! Imo quis nescit esse, quum singulae personae, siue, quae phrasus est vltior, singula capita numerantur: Saltem attendere, quod subiecit Hieronymus: *Vnde & Ioseph cum Maria cognata sua professus est in Bethlehemi.* Nam quid Maria opus erat, quae non erat caput familiae? Praeterea, si concederetur per familias id tributum persolutum, quid opus est cofugere ad familiam metaphoricam, quae nullo vnquam iure aut diuino, aut humano tributum soluit? Maxime, cum sit in promptu familiae re vera, & proprie sic dicta? Petrus enim erat pater familiae, vxorem habens, & focum, & liberos. Et haec familia solet tributum soluere. Pro ea igitur Petrus soluerit, non pro Ecclesia: quae & erat tantum metaphoricam familia: & nondum erat aut Petri familia; aut omnino familia.

XLVII. Ad haec, argumentatio est allegorica: ac proinde infirma. Quo enim argumento docetur hanc rem ita gestam esse, vt aliud aliud significaret, & esset transformanda in allegoriam? Tum si hoc: vnde probant de pontificatu potissimum exponendam? Imo vero ridiculum est, ideo voluisse Christum soluere à Petro tributum, quia eum esset constituturus caput Ecclesiae. Sic enim caput Ecclesiae fecisset tributatum principibus seculi: quod ne audire quidem sustinent, qui hodie se in eam dignitate ingesserunt. Quis ipse Christus soluit, non qua caput est Ecclesiae, sed qua serui formam assumpserat. Origenes in eum locum, *Quasi ergo habens formam serui, illis tributum & censum dedit; non aliud ab eo quod dedit discipulis.* Sed & Salmero Iesuita tom. 6. tract. 37. dum exponit hunc locum. *Simonem vocat, non Petrum, quia nondum ut vicarium, sed ut subditum & priuatum habebat.* Sic, inquam, Salmero: qui totam hanc allegoriam silentio obruens, tantum dicit à Christo assumptum Petrum, vel quia tum solus erat cum eo; vel quia Christus, qui caput erat familiae Apostolicae, soluere voluit pro Petro, qui ibi habitabat, & habebat domum, vxorem & filios, ideoque obligatus erat ad censum: alias non curasset Dominus eum facere tributarium. Quae vtraque ratio, quid ad Pontificatum? Sed audite tertiam: *vel quia ad Petrum, ut pose Vicarium Christi futurum, & caput, hoc maxime pertinebat scire. Atque ista eius primatum aliquo modo indicauit.* Norate praemo, indicauit tantum: & aliquo modo indicauit. Sed quomodo? an quia soluit: imo imò. An quia cum Christo soluit? nequaquam. Sed quia Vicarium futurum, id expediebat scire, Quidnam autem? Diuinent alii. Ea priuilegium! en demonstrationem!

XLVIII. Sed ne exipsis quidem Patribus ii, qui hic magnum quoddam Petri priuilegium considerant, quisquam est, qui Oecumenicum Pontificatum, vel per somnium viderit. Nec autè quaestionum in veteris & noui Testamentum, dixit, sicut in Christo, ita & in Petro omnes contineri: Quod ei Bellarminus ausus est affingere Recito locum. Magistrum, vt pro omnibus discipulis solueret, conuenerunt: Saluator autem, cum pro se, & Petro dari iubet, pro omnibus exsoluisse videtur: quia sicut in Salvatore erant omnes cause magistris: ita & post Saluatorem in Petro omnes continentur: ipsum enim constituit esse caput eorum, vt pastor esset gregis Domini. Atque haec verba eo mihi diligentius examinanda censo, quod iam constat, ipsi etiam Bellarmino, non esse Augustini. Primum igitur, vnde habet postulatam fuisse à Christo, vt pro omnibus discipulis solueret? Certe id Scriptura nusquam dixit, nullus Pater asseruit. Imo verba Christi contra sonant: *Da, inquit, pro me, & te: non pro me, & reliquis omnibus.* Et si esset postulatam, quis credat exactores, auarissimum, importunissimumque hominum genus, adde etiam impy-

impudentissimum; non clamatores statim fraudem fisco fieri, persoluto duntaxat statere vno, pro tredecim didrachmis? Totidē enim esse debebant, quandoquidem per capita tributum exigebatur. Aliud est, si dicat quis ipsos intellexisse iam mysterium Pontificatus Oecumenici, ideoque acquiescisse. Deinde, noua est, eoque obscura loquendi ratio: *Vt in Seruatore omnes causae magisterij erant; sic in Petro omnes continentur.* Et tamen significari, sic in Petro, ut in Christo omnes contineri, non puto posse probari. Experatur Bellarminus. Et quidem quis credat idem esse? In Christo omnes continentur; & in Christo sunt omnes causae magisterij? Mihi autem hic videtur sensus: Quia ipse solus esset magister, ideo pro se solo, & seorsum, fuisse Christo tributum exolendum: quoniam autem reliqui omnes erant discipuli, ideo in Petri persona, vnus ex cetero, pro omnibus persolutum videri potuisse. At hanc quis est autor, non ex hoc facto concludit Petrum fuisse caput ceterorum: sed contra potius, ex eo quod esset caput ceterorum, in ipso pro omnibus fuisse persolutum. Quare haec esset Bellarmianae argumentationis ratio: Petrus est caput Apostolorum, quia Christus soluit pro se & ipso simul. Soluit autem pro se & ipso simul, quia Petrus erat Apostolorum caput. *Quam φλυσιαν quis ferat?*

XLIX. Ad Hieronymum, Augustinum, Origenem quod attinet, asserentes inde Apostolos cognouisse sibi Petrum praelatum: respondeo, primum coniecturam esse admodum frigidam. Quid tum enim, si continetur historia contentio, cum hac tribuit? Certe apud Lucam c. 22. continetur similis contentio, cum sermone de prodicione. An dicemus ea prodicione Apostolos coniecisse, aut Petrum, aut aliam reliquis praefertendum? Tum vero nihil ad Oecumenicum pontificatum, haec suspicio: quia non est necesse, qui aliis praefertur, eundem iis praefici. Tertio, non ex Apostolorum suspitionibus desumenda Scripturae interpretatio est, sed ex Christi potius responso, quo emendatur suspitionis vitium. Quomodo Ioannis II. cum dixisset Christus Lazarum dormire; suspicari quidem sunt Apostoli eum loqui περὶ τῆς κοιμῆσεως ἑαυτοῦ, de dormitione somni: sed nos non item: quia statim Christus subiunxit, λέγει ὁ ἀπὸ κοινοῦ: *Lazarus est mortuus.* Itaque, quia testatus est Christus velle se in Ecclesia sua vltimum institui dominum: est autē Oecumenicus Pontificatus dominum: concludimus hoc tributo persoluto, nihil minus Christum cogitasse, quam ut Petrum Oecumenicum Pontificem designaret.

C A P. XVII.

De Petri prerogatiua ex Luca, & Ioanne.

I. Septima prerogatiua Petri, e. 5. Lucae & 21. Ioannis: in quibus explicatur duo miracula Christi edita in piscatione Petri: quorum primum designat Ecclesiam militantem, secundum triumphantem. Ratio significationis: quia prima piscatio facta est ante; altera vero post resurrectionem Christi. Rursus in illa, retia non in dextrum, aut in sinistrum latus tantum iaciuntur: sed in differenter, *laxate retia in capturam:* ut neque boni, neque mali excludantur: in hac vero tantum in dextrum, quia soli boni colliguntur in vitam aeternam. Tertio, in illa rempebat rete, & nauis pene mergebatur; quod significat schismata, haereses, scan dala: in hac, neutrum: quia in alia vita nulla est unis schismata. Quarto, in illa nullo numero pisces comprehenduntur: ut impleatur illud Psalmi 40. *Annunciavi & loquutus sum: & multiplicati sunt super numerum.* In hac, certus est numerus: centum quinquaginta trium; quia ad regnum nulli colliguntur praeter electorum numerum. Deique in illa, pisces introducuntur in nauem adhuc fluctuantem: in hac vero trahuntur ad litus, quod propter stabilitatem vitam significat immortalem aeternam. Porro in utraque; & nauis & piscatione, quae aperte sime totius Ecclesiae statum significant, semper Petrus princeps inuenitur. Probat, quia in illa, cum vidisset Dominus plures nauiculas, int. aut in vna qua erat Simonis, & ex ea docebat: ut intelligamus in ea tantum Ecclesia esse, & docere Christum, cuius gubernator est Petrus. Et sic Ambrosius sermone II. *Hanc solum Ecclesiam nauem ascendit Dominus, in qua Petrus magister est constitutus.* Deinde soli Petro dicitur, *duc in altum: & laxate retia in capturam:* ubi Petrus iubetur tanquam summus nauiculus, & piscator, ducere alios ad piscandum. Tertio, Dominus exponens figuram, soli Petro dicit, *Noli timere: ex hoc enim homines eris capiens.* In altera autem, *Petrus dicit Vado piscari:* & alij, *Venimus & nos tecum.* Item: *Ascendit Simon Petrus & traxit rete in terram.* Significatur autem his figuris, Petrum esse, qui homines de mundo ad fidem, & Ecclesiam militantem adducit, & qui eos regens & gubernans ad Ecclesiam triumphantem perducit.

II. En tibi Iesuiticum acumen! En Lololiticam ἀνεργότητα! Nimirum ea fidelium fors est, ut cum ingeniis consistuntur eiusmodi quibus nihil pensi, nullus canon, nulla imaginationum norma. Nihil est tam nouum, tam inauditum, tam audax, quod modo animo concipiunt, ut non effundant, imo obrudant Ecclesiam, tanquam ἀνεργότητα fidei fundamentum. Utinam det Deus his quoque finem. Sed enim nos primum negamus vllam esse Petri prerogatiua: uam. Nam in prima, quid est, quae quo Petrus esset supra reliquos Apostolos? An quod ingressus est Christus in eius nauigium? Atqui in litore erant tantum duo: fuerit ergo sane praelatum Petri nauigium: aliter nauigio: sed consequentia quis admittet? Ergo, ea est Petri prerogatiua supra reliquos Apostolos? Nā quid? si alterum non pertinuit ad vllum Apostolum, aut discipulum. Nam id non dicit Scriptura: qua tacente, quis loquetur? Maxime in allegoriis, ubi fundamenta sunt expositis. Nempe sic concidit prorsus sophismatis subtilitas. Nam praelatus Petrus dici non potest reliquis, quibus ne comparatus quidem fuerit.

III. Sed saltem iubetur ducere in altum. Ita sanè, inquam: quia eius erat nauigium: qua in re si nullum priuilegium, ut iam diximus, ne hic quidem vllum. Certe soli non dicitur, *Laxate retia.* In altera, primum non erat nauis Petri: si vera est Salmetonis coniectura. Deinde, nihil ad eum pe-

culiare dixit Dominus. Quid ergo vrgent? Illud, *Dixit Petrus, Vado piscari, reliqui statim, & nos tecum Hem!* haec cetera verba Petrum significant principem? An, quia necesse est eum esse principem, hoc est, reliquis autoritate maiore, qui suo exemplo autor est cuiuspiam operis aggredienti? At nemo inquit Gretferus, ex his praecise verbis principatum colligit: sed ex his, & ex tota facti historia. Nugae, inquam: nam neque ego haec sola refuto: sed omnes partes sigillatim examino, & ostendo nihil concludere. Debit ergo sophista, si ex his verbis non sequi agnoscat, ex aliis saltem argumentari, quod non facit.

IV. At ascendit, & traxit. Recte. Sed non soli praecipit fuerat à Domino: imo omnibus promiscue: itaque cuiuslibet eorum, qui aderant, id ius erat. Fuerit ergo sane Petrus ceteris diligentior: ut, audire Christi verbo, reliquos praereterit, ut solebat: sed suo proprio iure fecisse, quasi reliquis non liceret, nunquam quisquam euincer.

V. Secundo, mera est allegoria, id est, argumentum non necessarium. Non enim probatur, haec esse facta, ut aliquid aliud significarent: & quidem satis apparet in quem finem facta sint. Nam prius illud, ut reliqua miracula: nempe ad vim Deitatis Christi probandam: posterius autem, etiam ad resurrectionis fidem adstiuendam. Id cum certum sit, & obuium: quis cogit nos alio diuertere, & dispoat vnum sectari? Nam, quod Petrus dictum est, *Ex hoc eris homines capiens:* vnde Sanderus conficit, occasionem iustissimam preberi, ut quicquid à Petro fieret circa capturam piscium; id auderemus ad conuersionem fidelium accommodare: hoc, inquam, violentum est. Quis enim vnquam hanc regulam tradidit, ut omnia quae semel aliquando metaphorice usurpata fuerint, semper trahantur in allegoriam? Aut, cur non idem de reliquis, quibus dictum, *Faciam vos piscatores hominum:* Marci I.

VI. Tertio, etiam si haec aliquid allegorice significarent, tamen docendum superest, haec mysteria significari potius, quam alia quaequam? Video quidem Augustinum, priorem piscationem exponere Ecclesiam militantem: alteram vero, triumphantem. Sed non sunt omnia Augustini placita, totidem scilicet Spiritus Sancti. Atque adeo si haec triumphans, quid illa significabunt. *Tacite rete in dextram partem?* Si enim piscatio est conuersio fidelium, ut Sanderus putat, siue officium praedicandi, ut Tyranus; an quae, in triumphanti adhuc praedicatur Euangelium, & conuertuntur infideles ad fidem? Quid? quod Petrus egreditur è nauis, in qua remanent alij? An Petrus deserit Ecclesiam triumphantem? Quid totus? quod à piscibus captis, quidam assantur igni in litore, & commoentur, tum à Christo, tum à discipulis: quid in eis? potest in Ecclesia triumphanti? Quid sunt etiam magni pisces? Nam haec omnia Bellarmini solertia non aduertit.

VII. Reliqua quae exsequitur, apte quidem videri possint cocinnata: sed quid non possit in eum modum aptari? Et quidem illud, *Duc in altum,* Panigarolla confidenter de Roma interpretatur, quasi tum praecipit fuerit Petro, ut ibi sedem figeret. Ambrosius vero de disputationibus intelligit. Noster hic Iesuita, de praedicatione, ad quam Petrus iubetur alios ducere. Sic variis variis imaginibus ludunt. Illud de numero ridiculum. Nam quorum è Psalmo, *Multiplicati sunt super numerum?* Etenim de mirabilibus Dei sermo est: & longe rectus Hieronymus reddidit, *Si narrare volueris, & numerare, plura sunt, quam ut narrari queant.* Sic mirum scripturis Papistae norunt vii. Nullos autem fuisse super numerum; id certe Ioannes non dixit: sed tantum fuisse 153. pisces: & eos magno: videlicet minoribus non computatis. Quin litus, in quo pisces pereunt, quo iure vitam aeternam significet? Nam in aeterna vita nullus omnino perit.

VIII. Quarto superest demonstrandum, significari hac utraque piscatione Oecumenicum Pontificatum. Quod strenue negant Catholici. Nam Luca 5. dicitur Petrus habuisse socios. *Innuerunt,* inquit, *secus qui erant in altero nauigio.* Et postea, *Similiter & Iacobum & Ioannem filios Zebedaei, qui erant socij Simonis.* At Oecumenicus Pontificatus nullos admittit socios. Deinde, duo erant nauigia: vnum Petri. Et hoc, inquit, significat militantem Ecclesiam. Quid autem alterum, inquam? Eritne Ecclesia militans: aut triumphans, aut omnino non Ecclesia? Si omnino non est; quomodo vocatur in auxilium? Non enim solent gentes adiumento esse Pastoribus in conuersione populorum. Et quod absurdus non solet praedicatione Euangelii piscari homines, quibus impleatur corpus gentium. Si est triumphans, quomodo est in eodem mari cum militantem? Et quomodo iuuat militantem in colligendis piscibus, tum à dextra, tum à sinistra: hoc est, bonis & malis? Imo, quomodo iis implentur ambae naues? Nam in triumphanti nulli admittuntur à sinistris. Iam si est militans: erigatur aliqua Ecclesia militans, quae non pertinebit ad Petrum, id est, cuius rector non erit Petrus. Imo in quam non ingreditur Christus. Quae quis non videt esse absurda? In altera v. historia, si significatur Ecclesia triumphans & Petri Pontificatus: Ergo Petrus esset Pontifex Ecclesiae triumphantis: quod ne Papistae quidem dicant. In qua absurda, quid mirum eos deuenire, qui omnia suo metiuntur arbitrio?

IX. Iam, ne veteres quidem ex his locis vllum Oecumenicum Pontificatum Petro excogitarunt. Augustinus sanè eius ne verbulo quidem meminit: etsi allegorice sectetur: & ab eo aduersariis ansam capiat deerrandi longius. Ambrosius cum dixit, *Hanc solum Ecclesiam nauem ascendit Dominus, in qua Petrus magister est constitutus:* nihil dixit absurdum. Nam omnes Apostoli magistri constituti sunt in Ecclesia, iuxta illud, *Docete omnes gentes.* Itaque, similiter potest dici in eam totam Ecclesiam nauem ingredi Christum, in qua Paulus magister est constitutus. Non enim vlla est alia Christi Ecclesia, praeter eam in qua docuerunt, imo quam docuerunt Apostoli. Sed cum Petrum nominauit Ambrosius, seruiuit Allegoria: quia in ea historia nauigium dicitur esse Petri. Et sane aliud est, esse magistrum in Ecclesia; aliud esse vnicum totius Ecclesiae magistrum. Illud non tantum Petro, sed & omnibus Apostolis, imo & Episcopis tribui potest: hoc vero nemini, ne Petro quidem.

X. Octaua prerogatiua, ex Luca 22. *Simon, Simon: ecce Sathanas expetit vos, ut cribret sicut triticum: Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos: quem locum ita-*

esse docet in locum Iudæ. Ibi Chrysoftomus. Quam agnoscit Petrus commissum sibi gregem? quam in hoc choro princeps est? Oecumenius, Surgit Petrus non Iacobus, ut is cui præsentia discipulorum commissus erat. Nec vllus orationi Petri contradixit: sed mox ad eius præceptum constituerunt duos. Addit Salmero tom. 12. tract. 9. Cum dicitur, In medio discipulorum, indicatur, Petrum Iesu personam sustinere, qui consueuerat in medio discipulorum stare, ut habes apud Lucam & Ioannem. Rursus discipulos hoc loco exponit discipulos Christi & Petri: quatenus scilicet Petrus erat Christi vicarius.

II. Sed sumitur bis falsum. Primo enim, is cætus à Petro nusquam dicitur coactus, multo minus tãquam à patrefamilias. Tantum Lucas asserit discipulos habitasse vna, Et quum introissent in urbem, ascenderunt in cœnaculum, vbi commorabantur. Et paulo post, Hi omnes perdurabant concorditer in oratione & deprecatione. Et per eos dies assurgens Petrus in medio discipulorum, dixit, Viri fratres. Quibus verbis Lucas ostendit, sic solitos esse discipulos conuenire ad orandum: eaque arrepta occasione, Petrum fuisse eos alloquutum. Bellarminus igitur vtramque assuit de suo, Petrum & collegisse discipulos, & collegisse tanquam patrefamilias. Quomodo quid non conficiat? Quamquam patrefamilias non inuie Petrum audimus: commode tamen interpretantes. Nam certum est proprie solum Christum esse patrefamilias in Ecclesia, cuius Apostoli sint αἰχμόνομοι. Sed quia οἱ αἰχμόνομοι, in multis partes tuentur patrefamilias, tolerari potest, qui dicat eos, quæ sui muneris sunt exequi, tanquam patrefamilias: hoc est, ac si essent, id quod re vera non sunt. Deinde id honoris non erit Petri peculiare; sed commune cum reliquis Apostolis: vt nihil faciat ad Oecumenicum Pontificatum.

III. Secundo, falsum est, ad Petri præceptum constitutos fuisse duos. Nam Petri in toto eo negotio nullum omnino fuit præceptum: sed tantum sententia, quam reliqui amplexi sunt vt commodam, vtilem, imo necessariam, ὅσοι ἦσαν, inquit Chrysoftomus, καὶ κλητῆς πάντες ποιῶντα γνάμης. ἄδὲν αὐτοῦ κλέος, ἄδὲν δὲ κλέος. Vide eum omnia facientem de communi consilio: nihil ex autoritate, imperiove. Oecumenius similiter, οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ἀδὲν μὴ ἰευσίας. Non præcipiebat igitur: sed in cœtu proposuit, quid sibi factu optimum videretur. Et assensu sunt reliqui. Quid hoc autem ad Oecumenicum? Præsentem vero in discipulorum cœtu, et si hic quidem nihil est necesse fateri, tamen non ilibenter agnoscimus: imo & cum Chrysoftomo, principem. Sed hæc ab Oecumenico distant multis parasangis. Habuisse curam gregis sibi commissi, cur non fateamur? Nam Ecclesiam illi, vt & cæteris singulis Christus commiserat. Sed hoc rursus non significat Oecumenicum.

IV. At facere Salmero stetit in medio discipulorum, hoc est, gessit personam Christi. Quasi nemo vnquam audierit, quid sit in medio stare: & hic primus Iesuita hanc nobis de cælo lapsam phrasin explicare debeat. Imo ex vsu peræpetuo Scripturæ ea significat, cum in cœtu aliquo quis se aliquo actu conspicuum exhibet, reliquis spectantibus. Sic puerum stantem in medio eorum Christus: Matthæi 18. & Marci 3. ei qui habebat manum arefactam, Surge in medium. Et Paulus Act. 27. Stans in medio eorum, & infinita similia. Nec sane alia notione de Christo dictum, Stetit in medio; tum Lucæ 24. tum Ioan. 10. Et quidem vt sciamus hanc phrasin, nihil per se autoritatis significare, Lucæ 22. Ego inquit, sum in medio vestrum, vt qui ministrat. Ergo etiam qui ministrant possunt dici esse in medio.

V. Discipulos vero Christi, & Petri, primo cogitauit importune. Nam tum temporis id nomen erat omnibus qui fidem Christianam profitebantur, pro quo substitutum postea aliud est Christianorum. Itaq; discipuli intelligendi hoc loco in quibus Petrus, tanquam ipse etiam Discipulus. Deinde nihil ad rem: nam Salmero colligit discipulos esse Petri, quia esset vicarius Christi. Non potest igitur inde probat fuisse vicarium Christi. Tertio, si appellantur discipuli Petri, intelligendus est cætus nominatus à maiori parte: erant enim centum & viginti; in quibus tantum duodecim Apostoli: reliqui Apostolis inferiores, ac proinde etiam Petro. Itaque, tam potuissent reliquorum quam Petri discipuli nominari.

VI. Decima tertia prerogatiua, ex Act. 2. vbi post acceptum Spiritum Sanctum, Petrus omnium primus promulgat Euangelium. Vbi Chrysoftomus, Petrus, inquit, omnium erat os: sed adstantibus illi vndecim, testimonio suo comprobantes ea, quæ ab illo dicebantur.

VII. Sed primo sumitur incertum. Nam ante eam orationem Petri, Lucas asserit Apostolos loquutos esse linguis, prout Spiritus dabat eis loqui, adeo vt obstupescerent omnis generis homines, qui eo confluerant vndique: vt necesse sit non loquutos tantum, sed & publice, tanta turba audiente. An autem alia loquerentur, quam Euangelium, facile est coniecere, & cum id fecisse dicuntur impellente Spiritu: & quia dicuntur loquuti, τὰ μετὰ λέγειν ἔδει. Quod si non primus publice loquutus est de Euangelio, ergo neque primus prædicauit. Verum Gregorius prerogatiuam vult intelligi de publica & vniuersali promulgatione Euangelii, quæ ad omnes vniuersim facta sit. At male tacuit aliquo argumento in hac ipsa recte aliquod priuilegium constitui, siue prerogatiuam, Tum autem cur non vult reliquos Apostolos publice promulgasse? Nam Lucas docet innotuisse omnibus non solum Petrum, sed omnes Apostolos loquutos esse linguis: sed ad omnes vniuersim, quid est, adstantesue, an per orbem? Hoc absurdum; illud quid habet prerogatiuæ? Nam sic etiam κήρυκας ἀγγέλλοι.

VIII. Secundo, non valet consequentia ad Pontificatum Oecumenicum. Nam Maria prima nunciauit Christum resurrexisse, quæ maxima pars est Euangelij, atque adeo ea ipsa, cui potissimum hæc Petri concio infistit; nec tamen vllum habuit primatum. Et Chrysoftomus videtur id, quicquid est, tribuere potius modestæ Apostolorum. Σὺ γὰρ ἦς ἡ δόξα τῶν ἁγίων. αὐτοὶ παροχρησάμενοι αὐτῶν τὴν δόξαν. Quin & illud confidera, Apostolorum concordiam, qui Petro cesserint concionandi ius. Et quidem ex generali necessitate: ἵνα ἴδῃ πάντας φησὶ δὲ: Non enim oportebat omnes pariter loqui. Quo vero sensu idem appeller os omnium, ipse contextus indicasset, nisi capite cum Bellarminus truncasset. Τὸ ἴδιον σὺν τοῖς ἁγίοις.

κρίνω ἀποστόλους φωνῶν, ἡ πάντων αὐτῶν τὸ σῆμα. παρεστήκει δὲ αἱ ἁγιοὶ μαρτυροῦντες τοῖς λόγοις. Quid autem est cum reliquis vndecim? Communem vocem edebant: & is erat os omnium: sed adstantibus vndecim, testimonio suo comprobantes ea quæ ab illo dicebantur. Significat tum omnes aut voluisse, aut certe potuisse eadem dicere: sed quia non oportebat omnes pariter vocem fundere, orationem ei concesserunt: hoc est, vt nomine eorum concionaretur. At qui hoc modo os dicitur, nihil habet imperii: Nam Exodi 4. Aaron dicitur fuisse os Moysi: Et tamen tantum abest, vt in eum vllam autoritatem habuerit, vt contra Moyses asseratur ei fuisse in Deum.

IX. Decimaquarta prerogatiua. Actorum tertio, primum miraculum in testimonium fidei fit à Petro, qui solus dixit claudo, Quod habeo hoc tibi do. Notat autem Ambrosius sermone 68 merito Petrum edidisse miraculum in pedum conuentione, vt ostenderet se fundamentum esse totius Ecclesiæ.

X. Rursus sumitur incertum. Nam Lucas nullo indicio ostendit; id miraculum fuisse primum omnium quæ Apostoli fecerunt. Imo potius c. 2. legas, Obortus est omnibus timor: multaque signa & miracula per Apostolos edebantur. Et quandoquidem vnum tantum Lucas recitat, verisimile est delegisse, non tam primum quam notissimum; quodque maximam dedisset occasionem promovendi Euangelij. Et ita notat Theophylact. Ταῦτα μὲν ἀπὸ σημείων παρεγένετο κατ' ἕπος εἰρη. οὐκ οἶδ' ἂν τὸ σημεῖον δὲ τὸ πρῶτον εὐαγγελίου. Reliqua quidem signa præteruolat, vt ita dicam: id vero narrat, quod omnes commoti sunt. Oecumenius disertius. Πολλοὶ ἦσαν ἡρώδης ἐπιτελευμῆων κατὰ τὸν δόξαν ὡς καὶ ἀντιπρὸς ἐμνήσθη ὁ ταῦτα γράφων Λυκάς ἀδελφὸς καί τῶν ἀποστόλων. ἀλλ' οὐκ ἐποίησε γὰρ μόνον ἀφ' ἑπάντες εὐαγγελίου σημεῖα καὶ τέρατα. ἀλλὰ τὸ σῆμα δὲ οὐκ ἐστὶν ἡ κατὰ τὴν ἑσπερίαν ἡ συζευχθὲν αὐτῶν ἰσχυρὸν εὐαγγέλιον. Cum plurima signa præteruolat, vt ita dicam: id vero narrat, quod omnes commoti sunt. Oecumenius disertius. Πολλοὶ ἦσαν ἡρώδης ἐπιτελευμῆων κατὰ τὸν δόξαν ὡς καὶ ἀντιπρὸς ἐμνήσθη ὁ ταῦτα γράφων Λυκάς ἀδελφὸς καί τῶν ἀποστόλων. ἀλλ' οὐκ ἐποίησε γὰρ μόνον ἀφ' ἑπάντες εὐαγγελίου σημεῖα καὶ τέρατα. ἀλλὰ τὸ σῆμα δὲ οὐκ ἐστὶν ἡ κατὰ τὴν ἑσπερίαν ἡ συζευχθὲν αὐτῶν ἰσχυρὸν εὐαγγέλιον. Cum plurima signa præteruolat, vt ita dicam: id vero narrat, quod omnes commoti sunt. Oecumenius disertius. Πολλοὶ ἦσαν ἡρώδης ἐπιτελευμῆων κατὰ τὸν δόξαν ὡς καὶ ἀντιπρὸς ἐμνήσθη ὁ ταῦτα γράφων Λυκάς ἀδελφὸς καί τῶν ἀποστόλων. ἀλλ' οὐκ ἐποίησε γὰρ μόνον ἀφ' ἑπάντες εὐαγγελίου σημεῖα καὶ τέρατα. ἀλλὰ τὸ σῆμα δὲ οὐκ ἐστὶν ἡ κατὰ τὴν ἑσπερίαν ἡ συζευχθὲν αὐτῶν ἰσχυρὸν εὐαγγέλιον.

XI. Et vero quis neget linguarum vsum fuisse miraculum? & præcessisse hanc pedum confirmationem? Et factum per Apostolos? et si prius in iis: Ac sane is quisquis est autor sermonis, quem Ambrosij nomine citat Bellarminus, non asserit fuisse id miraculum omnium primum: sed tantum eorum quæ Petrus edidit. Primum, inquit, mirabile suorum Petrus fecit claudo pedum restituendo vestigia. Notat, mirabile suorum. Quamquam Chrysoftomus, καὶ σημεῖον, οἷον ἕπα ἡσασ παύσαστες. Et signum, quale nondum fecerant.

XII. Hic Gregorius negat vllum ex Luca profecti posse, ita publice & notorie factum circa personam ægram & miserabilem, quodque omnes vniuersim adeo permouerit. Entibi Sophistarum ingenium. Si vrgeres, aduocaret reliquas omnes circumstantias in auxilium, etiam locum, & tempus: denique negaret hoc ipsum numero vnum bis factum, aut nunquam alias. Sed iniquum est satisfacere immani Sophistarum importunitati. Quis autem eis concessit, vt vnde velint initium faciant? Aut cur non mihi eodem iure liceat dicere, primum miraculum fuisse Pauli excipientis viperam? Nam ego quoque asseram nunquam vllum ante id tempus factum, si permittas omnes circumstantias percurrere. Sed mihi certe non libet esse tam Sophista. Porro nullum fuisse, quod omnes æque permouerit, falsum: nam linguarum donum præsto est.

XIII. Et tamen concedamus, si placet, omnino primum fuisse signum: nam si nostro summo iure vtamur, & nihil gratis demus, ad restum illis res redit. Quid inde tandem conficitur? Petrum ne esse Oecumenicum pontificem? Nihil dilutius. Primum enim id oporteret solius Petri miraculum esse: si soli Petro id dignitatis vindicatur. Quid si ergo non sit Basilii Seleucienensis homilia 14. Ἀπίστασ' ἡ Πέτρος οὐ τὸ Ἰακώβου, εἶπε, βασιλεὺς οἱ ἡμεῖς κλητάς. Κοινὸν δὲ ἡμετέρον τὸ ἰσχυρὸν ἔργον. ἔξ ἡμετέρον ἡ ἰσχυρὸν ἔργον. εἰ δὲ καὶ φησὶ τὸ μὴ εἶναι τὸ Πέτρος, ἀλλὰ τὸ ἰσχυρὸν ὁ δόξα λαός, ἰνιεντις οὐλοσ Petrus cum Ioanne, dixit, respice nos. Recte. Commune enim vtrique miraculi opus: ex vtroque egreditur medicina gratia. Nam etsi Petrus solus loquutus sit, tamen collega fuit Apostolus. Et vero non dissentit Petri oratio. Quid intentos oculos in nos habetis? quasi propria vi aut pietate effecerimus, vt hic ambularetis?

XIV. Rursus demus à Petro fuisse solo: ne sic quidem solida conclusio. Nam sumitur argumenti vis, vel ab eo quod primum fuerit signum, vel quod pedes sanati, qui in corpore fundamenti locum tenent. At verumque absurdum. Nam si prius, erit is primatus temporis beneficium, non vero vllum priuilegium: nisi forte ita sint sanæ mentis aduersarij, vt sicut ἡ ἀδελφότης τῶν μαθητῶν, sic etiam prerogatiuarum in Ecclesia ius transire velint in primum occupantem. Sed nos ab hac ambitione longe Petrum abfuisse habemus persuasissimum: saltem post acceptum Spiritum. Neque inde argumentatus est Ambrosius. Itaque hoc ne verisimile quidem est.

XV. Sed nec alterum: Nam Act. 18. Paulus etiam Lystræ pedes sanauit. Vel igitur falsum, quicumque pedes sanat, fundamenta corporis, hunc esse Oecumenicum, vel Paulum esse Oecumenicum erit verum. At hoc absurdum, ipsi testibus Papistis. Ergo & illud. Præterea si libet allegoriis indulgere: cur quicumque in capite miraculum patrat, non ostendet se esse caput Ecclesiæ? Nam allegoria expeditior, & vsitatius apud illos caput est Oecumenicus: & quanuis interdum fundamentum, tamen nunquam pedes, quod sciam. Etenim, etsi hi fundamentum corporis, tamen vilissima pars. Nec Papam, credo, tantus amor cepit fundamenti, vt propterea velit & infra omnes deiici, & vilissimo loco esse. Quare conuenientior longe allegoria futura, à capite ad caput. At Paulus (nunquam quod sciam Petrus) Actorum 13. miraculum patrauit in capite, non enim erant Elymæ oculi in pedibus, nisi tamen aliter videatur Sophistis, in gratiam sui Pontificis: ne Pe-

C A P. XIX.

De Prærogatiua Petri ex traditione.

I. Hactenus, quæ de Scripturis, quo iure quæve iniuria, extorqueban- tur prærogatiua. Nunc sequuntur eæ, quas emendicant à traditio- ne. Hæc igitur esto vigesima prima, quod Christus suis manibus solum Petrum baptizauit. Id probatur ex Euodio: à quo Euthymius in 3. Ioan- nis, & Nicephorus l. b. 2. c. 3. referunt ex mulieribus solum Virginem ma- trem; ex uiris solum Petrum fuisse baptizatum: à quo deinceps, Andream, Iacobum, Ioannem.

II. At hæc meræ nugæ sunt. Neq; Euodius habet satis autoritatis. Qui factum enim, ut tam sero cognitum sit liber eius, ut omnium pene postremi Euthymius, & Nicephorus, (quanquam Euthymius neminem nomi- natim autorem laudat) eum soli, quod sciamus legerint, citarint? Et qui- dem quam vere nomen ei libro à lumine sit inditum, hinc notum est: quod à Christi morte ad Stephani martyrium annos computat septem: quo nomine vapulat Baronio ad annum trigessimum quartum, quo ex- tremo occisum disputat, vix decem menses post Christum. Rursus idem Euodius dicit eam domum in qua cœnam Dominus celebravit, fuisse Io- annis Apostoli: quod est manifeste contra historiam Euangelij, Mar- thæi 26. Marci 14. & Lucæ 22. En tibi scilicet autorem proximum Apo- stolis: imo en Ecclesiasticæ traditionis authenticam originem apud Pa- pistas.

III. Cæterum, ex Veteribus nonnulli contra sentiunt. Nam ipse Eu- thymius, qui eam Euodij sententiam, tacito nomine, recitat perfuncto- rie, ipse, inquam, asserit Apostolos fuisse à Ioanne baptizatos. Et con- sentit longe antiquior. Eulogius apud Photium, Bibliothecæ cap. 280. Imo Tertullianus de Baptismo cap. 12. Sed & Chrysostomus in Acta ho- milia 1. Augustinus ambiguus est Epistola 108. tractans ex professo hanc ipsam questionem. Tunc ergo, inquit, quando ab Hierosolymis exiit cum discipulis suis in Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, baptizabat, non per seipsum, sed per discipulos suos: quos intelligimus iam fuisse baptizatos, siue ba- ptismo Ioannis, sicut nonnulli arbitrantur: siue, quod magis credibile est bap- tismo Christi. Hinc certe apparet Augustini tempore non fuisse Ecclesiæ persuasam eam traditionem, quam nunc Ecclesiasticam audent appella- re, quæque docet baptizatum fuisse Petrum ipsius Christi manibus. Quæ enim facilis fuisset inde Augustino ad questionem propositam respon- sio: Et quæ, malum ea est audacia, ut Ecclesiasticam traditionem appelles, quam forte fortuna in aliquo vno autore, mirro obscurum dicere & sup- posititum, at saltem incerto, certe solitario teste, offenderis? Huius- tantulæ fundamenti Papistis sufficit indigetandis traditionibus? Porro, ex Augustino etiam illud facile didiceris, nullam esse Petri prærogatiuam in baptismo: quandoquidem nullo alio argumento cum baptizatum do- cet, quam quod omnes Apostoli fuerint baptizati.

IV. Præterea, etiam si constaret Petrum esse à Christo baptizatum, et- iam solum: non video tamen, quid hæc prærogatiua faceret ad Oecume- nicum Pontificatum. Neque enim maioris est virtutis, aut dignitatis ba- ptisma collatum ipsius Christi manibus, quam id quod confertur à Chri- sti ministris, vnde Ioannes non contatur dicere Christum baptizasse, eum tamen ipse non baptizaret, sed eius Apostoli Ioannis 3. Nec necesse est eum, qui in Ecclesia auctoritatem est habiturus, solennius baptizari: aut et- iam eum qui solennius baptizatur, habere potestatem in Ecclesia: nec deniq; in baptismatis natura, & effectibus est quicquam, quo arguatur Oecumenicus pontificatus. Vnde idem Euodius asserit æque ac Petrum, Mariam fuisse baptizatum: quæ tamen, opinor, pontificatum nunquam gessit. Quod si id quicquam faceret ad Ecclesiasticam potestatem, & reuera factum esset, quis credat vsq; a deo fuisse Euangelistas negligentes, ut rem tantam omitterent, cum longe minutiores persequantur?

V. Vigesima secunda prærogatiua: quod solum Petrus à Christo ordina- tus est Episcopus: ceteri autem à Petro episcopalem ordinationem acce- perint. Atque hanc questionem prolixè ante Bellarminum tractauit Io- annes de Tutrecremata in Summa de Ecclesia, libro 2. c. 32.

VI. At rursus nugæ iactantur, & fabulæ. Certe Chrysostomus in Mat- thæam homilia 5. de Iacobo, & Iohanne, & de Iacobo, & Iohanne, & de Iacobo, & Iohanne. Tam fuit ille admirabilis, ut Episcopatum primus acciperet. Si hic primus: ergo non prior Petrus: at prior, si à Christo. Et sane nun- quam auditum, Episcopum absq; propria sede: Sunt enim relata Episco- pus, & Ecclesia. Adeoq; nemo vnquam factus Episcopus, non assignata Ecclesia: vnde etiam hodie papatus, cum degenerauit in laruas, nondum tamen ausus est Episcopum deo creatum: sed tantum titularios. At Petrus nulla assignata Ecclesia peculiaris. Ergo Petrus non factus Episcopus. Ita- que dicimus, Petrum à Christo constitutum esse Apostolum, non Episco- pum: nimirum si diuersa constituantur esse munera apostolatus, & e- piscopatus. Nam videntur potius differre gradibus, hoc est, & τὸ ἐπίσκοπος, & τὸ ἀπόστολος. quam vlla essentiali differentia: nempe ut Apostoli essent qui- dam quasi vniuersales Episcopi, qui huic, illiue Ecclesiæ non addiceren- tur: sed in orbem vniuersum indefinite mitterentur. Nam si id non sit, quo iure Episcoporum partes sint in sua diœcesi cuiusque, quæ cuique e- rant Apostoli? Quo iure rursus ab iis locis in quibus mandata fuerant Apo- stolis sua munia, etiam Veteres, imo etiam Papistæ eliciunt Episcoporum munia? Sed tamen, si sit alius Episcopus, alius Apostolus, quo sensu iam pridem in Ecclesia nominantur, dico rursus à Christo non esse Pe- trum constitutum Episcopum.

VII. Et tamen, quia nonnulli Veteres contra loquuti sunt, id est, Petrum dixerunt factum esse Episcopum, dico secundo, eodem sensu, eademque ratione etiam reliquos Apostolos esse constitutos Episcopos. Nam id in- telligi nequit, vlla particulari ordinatione, ut loquuntur hodie, quasi di- stincta ordinatio sit Apostolatus & episcopatus. Sed quatenus Aposto- latus in se episcopatum includit. Certe non tantum Cyprianus libro de v-

nitate Ecclesiæ testatur, reliquos Apostolos parem accepisse honorem, & potestatem cum Petro: sed etiam Augustinus, siue quis alius est autor, q. 97. ex Nouo Testam. sub finem, Nemo, ignorat, inquit, Episcopos Saluato- rem Ecclesiæ instituisse. Ipse enim priusquam in cælum ascenderet, imponens manum Apostolo, ordinauit eos Episcopos. Præterea fatentur Papistæ consti- tutos esse ab ipso Christo presbyteros: vnde ipse Petrus se aliorum vni- uersorum appellat. At ex vsu Scripturæ, nihil differt presbyter ab episco- po: ne in Ecclesia quidem, vlla saltem essentiali differentia: sed tantum accidentali, ut alias disputatum est.

VIII. Audiamus tamen contra disputantem Bellarminum duobus ar- gumentis. Primum est, Dominus vel nullum ordinauit Episcopum, vel om- nes, vel aliquos, vel vnum. At non nullum: neq; omnes, neq; aliquos. Ergo vnum, videlicet Petrum.

IX. Respondeo, posita distinctione. Quatenus Episcopus eum signifi- cat, cui pascendæ sunt oues Christi, omnes Apostolos esse constitutos Episcopos. At quatenus eum, cui peculiare quoddam ouile, puta Roma- nam, vel Hierosolymitanam, vel Alexandrinam: nullos Apostolos esse constitutos Episcopos. Veram aduersarii nihil distinguunt, ut facilius fallant.

X. Sed non esse nullos ordinatos sic probat Bellarminus: quia sic nul- lum haberemus iam Episcopum. Nemo enim potest dare alteri quod ipse non habet: ergo, non potest non Episcopus Episcopum ordinare. Si ergo Dominus neminem reliquit ordinatum Episcopum, quis postea ordina- uit Petrum, & alios?

XI. Facilis solutio, negata consequentia: nam etsi Christus nullum Episcopum constituit, tamen Apostoli post Christum instituerunt. Ratio autem consequentiæ absurda. Nam, primo, non datur Episcopatus ab hominibus, sed à Deo solo: etsi is, in conferendo, hominibus utatur mi- nistris. Proinde absurde dicit non Episcopum non posse constituere Episco- pum, hanc ob causam, quia nemo dat, quod non habet. Nam si spe- ctandum sit, quod dent, aut non dent homines, in vniuersum negan- dem, vltos homines etiam Episcopos, posse constituere Episcopos: quia ne illi quidem deat Episcopatum.

XII. Secundo, Si propterea non haberent Episcopatum Apostoli, quod eos Christus non fecisset Episcopos: nec potuerunt Episcopos constituere, si non habuerunt episcopatum: simili ratione argumentandum esset: Apostolos non habuisse Diaconatum: quia eos Christus nunquam constituit Diaconos: & quia Diaconatum non habuerunt, ne potuisse quidem Diaconos constituere: quia nemo dat, quod non habet. At con- tra constat, ex Actor. 6. ab Apostolis ordinatos, & constitutos esse Dia- conos in Ecclesia Hierosolymitana. Ergo negandum est, neminem posse dare, quod non habet: quo sensu hic dicitur, neminem posse co- stituere gradum aliquem ministerij in Ecclesia qui ipse prius non fuerit in eodem gradu constitutus: quemadmodum in Republ. nihil obstat, quominus totus populus, qui in nouam fuit Consul, Consulam tamen consti- tuat: quominus, non Rex tantum, sed etiam qui ab eo pendet Magistratus, alios constituant officarios in us muneribus, quæ tamen ipsi nunquam gesserint. Aut certe concedendum, illud habere, ita sumendum, ut inferat, non quid sit aliquis, aut fuerit: sed quæ habeat potestatem: vt si dica- tur Episcopatum quem habebat cõtulisse non tam qui ipse sit Episcopus, quam qui auctoritatem habeat constituendi Episcopi: ac proinde is etiam non posse Episcopum constituere, qui non habeat Episcopatum: hoc est, auctoritatem, siue potestatem Episcopi constituendi. Quare nihil est, quod urgeat, ut nullum negemus à Christo Episcopum constitutum: quo sensu Episcopus est vnus diceceseos.

XIII. Non esse rursus omnes Apostolos factos Episcopos probat. Quia saltem Paulus excipiendus: quem Apostolum quidem fecit immediate Christus: sed Episcopum iussit ordinari per manuum impositionem mi- nistrorum Ecclesiæ, vt patet Act. 13. & ex Leone in epistola ad Diocorum: & ex Chrysostomo in eum locum, Rursum excipiendus Iacobus, qui ordi- natus fuit Hierosolymitanus Episcopus ab Apostolis.

XIV. Imo inquam, eo ipso quod à Christo constituti sunt Apostoli, fa- cti etiam sunt Episcopi: quatenus Episcopus est pastor ouium Christi. Itaque, nec Iacobus, nec Paulus excipiendi: quod etiam frustra conatur Bellarminus. Nam primum, de Paulo, mentitur. Etenim Actorum 13. non ordinatur Episcopus. Cuius enim Ecclesiæ? Sed ad Apostolatum in Gen- tibus explendum mittitur, τὸ ἐπισκοπεῖν ἐν τοῖς ἐθνεσίν; & τὸ διδάσκειν. Quid est, inquit Chrysostomus, segregate mibi in opus: In Apostolatum. Et post Apostolatum dicitur, ἐπισκοπεῖν ἐν τοῖς ἐθνεσίν. Ordinat per hoc in Apostolatum. Sic post eum Oecumenius, & Theophylactus: sic glossa Interlinearis, & Ordina- ria. Lyranus etiam, Id est, in opus publicationis Euangelij, sicut & alij Apostoli ad hoc sunt assumpti. Accedit recentior testis, Iesuita Iulianus. De Apo- stolatu, c. 3. In initio huius Epistole Paulus se vocatum Apostolum nominat hoc est, ut interpretati sumus, diuina vocatione Apostolum. Huius vocationis histo- ria describitur à Luca. Cum enim Paulus vna cum Barnaba esset Antiochia, ministrantibus, inquit, illis. Et quæ sequuntur. Rursum, Quid, quæ se aliud pu- ramus esse illud, Segregate mibi Saulum ac Barnabam? Ad hunc, opinor, locum alludit Paulus, ut monuimus in explanatione, cum se dixit segregatum in Euangelium Dei: & cum scribit ad Galatas, se Apostolum esse, non ab homine, ne- que per hominē Rursum, Quarta sequitur questio, quo potissimum hac segrega- tio referatur. Videtur vnico verbo explicari à Luca. Ad opus inquit, ad quod as- sumpti eos. Ad Gentes, opinor, Christo aggregandas, & plurimas Ecclesias inter Gentes instituendas: iccirco enim Gentium Apostolus appellatur. Ergo inquam, habet à propria domo testem Bellarminus contra se, constitutum Pau- lum fuisse, non Episcopum, sed Apostolum, eodem ipso loco, quo vole- bat Episcopum non Apostolum.

XV. Nec illi contra dicunt, quos ipse laudauit. Nam Leo quid? Quam Apostoli Paulum, & Barnabam ex præcepto Spiritus Sancti ad Euangelium Sanctis mitterent predicandum, ieiunantes, & orantes imposuerunt eis manus. Ita est. Sed ergone factus non Apostolus, sed Episcopus? Quasi vero nul- li Apostoli missi sint ad Euangelium sanctis predicandum. Explicet ipse Paulus: primo ad Romanos, Prompta est mea facultas vobis quoque qui Romæ estis, euangelizare. Euangelizare inquit: an hoc aliud, quam Euangelium præ- di-

L V. Sed et putat tamen Bellarminus. Primum argumentum: ex Leone & Gelasio: quorum ille Epistola quinquagesima quarta ad Martianum Augustum, aliam rationem esse rerum secularium, aliam diuinarum scripsit. Iste ad Episcopos Dardaniæ, aliam potestatem esse regni secularis, aliam Ecclesiasticarum distributionem dignitatum. Secundum argumentum: quia tantum tres fuerunt sedes Patriarchales: cum tamen multo plures sint vrbes nobiles & regie. Gelasius ad Episcopos Dardaniæ. *Risimus*, inquit, quod prerogatiuam voluit Asiæ comparari, quod Episcopus fuerit regia ciuitatis: Nunquid apud Mediolanum apud Rauennam, apud Sirmium, apud Treuiros multis temporibus non constitit Imperator? Nunquid harum urbium Sacerdotes, ultra mensuram sibi meti antiquitas deputatâ quipiam suis dignitatibus usurparunt? Tertium argumentum, ab ordine earum trium sedium. Nam cum omnes sint sedes Petri, tamen per se Romanam ipse administravit usque ad mortem. Alexandrinam per Marcum Euangelistam: Antiochenam per Euodiam. Sicut ergo maior est Petrus Marco, & Marcus Euodio: ita Romana Ecclesia Alexandrinam, & hæc Antiochenam autoritate & dignitate superat.

LVI. Respondeo ad primum argumentum: optime dicta illa esse & à Leone & à Gelasio, sed si essent *ἀναβῆς*, obseruata, ne ipsos quidem suas sedes cæteris sedibus præferre debuissent. Iam enim longe ante eos Christus dixerat, *Vos autem non sic*. At non queritur in negotio quid fuerit faciendum, sed quid factum sit. Contra experientiam autem, cuius locupletissimi testes sunt Concilia, frustra disputatur rationibus. Ad hæc, est verum sit amplitudine ciuitatum motos fuisse Patres; tamen non sequitur eandem esse rationem dignitatum Ecclesiasticarum, & secularium: quemadmodum non sequitur, ex eo quod ne vilesceret Episcopi nomen, verum sit in pagis & minoribus locis Episcopum constitui, sed tantum in vrbus maioribus. Sunt enim suæ dignitatibus Ecclesiasticis essentialia differentia, quibus distinguantur à secularibus: exempli gratia: Metropoli & absque comprouincialium, vt comprouincialibus absque metropolitæ concilio, nihil maioris momenti agere licebat: quod in secularibus aliter erat.

L VII. In secundo sumitur falsum: scilicet, fuisse tantum tres sedes Patriarchales; vt ante diximus. Id duntaxat verum, tres fuisse omnium nobilissimas: et deinceps ac paulatim Ecclesiarum immutata sit politia: & cum altior factus est Patriarchatus gradus, quam Archiepiscoporum & Metropolitanorum, hi tres summa rerum tenuerint. Galasius autem ridicule argumentatur: quia non quælibet vrbes regie erant, in quibus Imperator commorabatur ad tempus: necii Canones, quos ante citauimus, eo argumento vsi sunt in definienda Constantinopolitani præfulis dignitate: sed hoc, quod Constantinopolis erat altera Roma: & honorata regno, ac senatu: æque cum Veteri Roma: quod illis reliquis vrbus non competeat. Reliquæ autem sedes constitutæ alio iure; nempe à distributione prouinciarum.

L VIII. In tertio multa occurrunt. Primum falsum est à Petri, Marci, & Euodii dignitate hunc assignatum ordinem. Imo contra verum, à dignitate vrbum. Testis Baronius loco iam ante notato. Exscribo verba. Cum probat in instituendis sedibus non aliam fuisse rationem, quam prouinciarum prerogatiuas; idque demonstrari exemplis dixit, Tum, *Sed satis modo erit* (inquit) *unum vel alterum huc in presentiarum adferre: ac in primis illud haud longe petitum de sede Antiochena: quæ quantumlibet à Petro ante Alexandrinam fuerit instituta: tamen quoniam præfectura Alexandrina, Augustalis dicta, ab Augusto eo nomine insignita, magnificentissime præceteris ab eodem fuerat nobilitata, longe præstabat Syria præfectura: ea de causa factum apparet, vt quamuis sedes Antiochena ante Alexandrinam à Marco nomine Petri erectam, fuerit instituta, tamen illi postposita habeatur. Sic etiã, quoniam inter omnes Orientales præfecturas, Syria proconsulatus præstabat, cum eius prouincia metropolis esset Antiochia, inde etiam accidit, vt prima omnium Antiochena Ecclesia haberetur: & quantumuis Hierosolymorum Ecclesia prima omnium origine temporis, & nobilitate rerum in ea consummatarum merito dei possessa, cæterisque ea de causa, quæ in Oriente essent, Ecclesia iure præferenda videretur; illi tamen subiceretur.* En Cardinalem Cardinali *ἐπιτιμῶν* oppositum. Bellarminus in assignatione Patriarchatum nullam rationem esse dixit, præter dignitatem Petri. Baronius vero aliam nullam præter prouinciarum distinctionem. Bellarminus Alexandriam Antiochiæ præpositam tantum, quia Marcus dignior Euodio. At Baronius tantum, quia Præfectura Alexandrina dignior Syria.

L IX. Sed insuper patet absurditas: quia si propter dignitatem eius, qui Petro successit Alexandria, maiorem quam eius qui Antiochiæ; prælatam est illa huic: Ergo debuit etiam eadem Alexandria præferri Romanæ. Quia Marcus Euangelista longe fuit dignior siue Lino, siue Anacleto, siue Clemente, quorum nullus in auctores Canonicos relatus est. Imo si omnes sedes, quas Petrus instituit siue per se, siue per alios, (vt Alexandrinam dicitur per Marcum) debuerunt esse Patriarchales; tum certe Hierosolymitana non tantum debuit esse Patriarchalis; quod contra factum disputat Bellarminus, & Baronius: sed etiam reliquis omnibus præferri, quia Iacobus apostolus (quem à Petro constitutum volunt) sine dubio dignior erat & Marco & Euodio, & Clemente, & Lino, & Anacleto: adeo vt cum Clemens (si quidem is est) appellet, Episcopum Episcoporum, & regentem omnes vbique Ecclesias.

L X. Sed hæc nimirum est Iesuitica *φρονησις*: quicquid in buccam venit temere effutens, dum videatur Antichristianæ tyrannidi commodum. At nobis, ex iis quæ disputata sunt, constat sedes Patriarchales, non rerum diuinarum natura distributas, sed instar typhi secularis. Quare possumus absque vilo periculo contra Bellarminum concludere non esse Petri prerogatiuam aliquam in Patriarchatu Romano, Alexandrino, Antiocheno, sed esse superbiam secularis imaginem in Ecclesia constitutam.

L XI. Vicefima septima prerogatiua: festum Cathedræ Petri. Nam quod publice in Ecclesia celebratur dies festus in honorem institutionis Episcopatus Petri, & nihil tali fiat pro sedibus aliorum apostolorum, argumentum est, sedem Petri singulariter præstare omnibus aliis; imo esse solam & singularem Cathedralam, ex qua totus mundus doceri debeat.

Esse autem id festum verissimum probatur ex martyrologio Bedæ; & ex Sermonibus Augustini 15. de Sanctis.

L XII. Respondeo: vix posse tyrannidem in Ecclesia nisi per se pestilitionem stabiliri. Sed non propterea, si Oecumenico Pontifici commoda superstitione, ideo qui quam legitime probat hoc festum, primo nunquam celebratum in vniuersa Ecclesia: sed tantum in Romana: aque non reperitur in Græcorum Menologiis; sed tantum in Latinorum Martyrologiis. Vnde Batonius ipse ita scripsit in suis annotationibus ad Romanum. De consuetudine Orientalis Ecclesie satis innotent Græcorum Menologia, in quibus S. Basilij, Ioannis, Chrysostomi, & aliorum agitur sedis eorum natalis dies. Quæ etiam vsu & ratione Romana Ecclesia eam diem solenniter agere consuevit, quo Romana natalis est Cathedræ. Ex ritu autem particulari, vniuersaliter concludere, va de est absurdum. Deinde, ne quidem ab initio celebratum fuit: atque adeo ne nomen quidem ipsum legas apud quenquam antiquiorem Beda, qui septimum seculum excessit, cum iam valde inclinata est in superstitionem Christianitas. Augustini vero scimones 15. & 16. de Sanctis suppositi sunt. Constare ex male confusis centonibus, recte annotauit Erasmus, & facile obseruat quis non caprus oculis. Porro eius instituti ea traduntur causa: quæ nihil habent faniquas quarat qui voleat apud Iacobum de Voragine, historiæ Lombardicæ c. 45.

L XIII. Vicefima octaua postremaque prerogatiua: quod in literis formatis antiqui post non en patris, & Filij, & Spiritus S. nomen apostolorum principis adiungebant. Ex Epistola Attici Constantinopolitani Meminit autem formatum Optatus libro secundo, & Concilium Mileuitanum. Nimirum (inquit Baronius ad annum 325. §. 168.) quod in sede Petri vigeret totius Ecclesie principatus.

L XIV. Respondeo, formatas Epistolas, qui in antiquis scriptis sit versatus, neminem ignorare, fuisse in magno vsu: Nam earum non tantum meminerunt qui nominantur à Bellarmino, sed & alij complures, etiam antiquiores Concilio Nicæno. Verum hanc Attico Constantinopolitano adscriptam Epistolam, sani iudicij viris non posse non esse suspensam. Primo, quia eius decreti nullum exister vestigium præter hoc ridiculum Epistolium Deio de, quia hoc sit eius initium, magnificum scilicet & dignum iis temporibus. *Græca elementa litterarum, numeros et exprime, nullus qui vel tenuiter Græci sermonis notitiam habet, ignorat: Diceret scriptum in medio earum natiuum, apud quas non nisi magno labore in scholis, atque à paucis Græce dicitur. At viuebat Atticus tum cum adhuc in maximo tractu orbis Græca lingua esset communis, & vulgo cognita. Non igitur Græcis Atticus scribit. Latinis-ne igitur? At tanquam ad Græcos: Quas, inquit, mos Latinus formatas vocat. Deinde Canonicas, eas appellari formatas, vix puto constare posse.*

L XV. Adde eius generis litterarum nullum exemplum exstare; præterquam apud Gratianum: qui dist. 73. duo collegit recentissima & ineptissima. Alterum anni millesimi secundi; quod tamen de Petri nomine litteram habet nullam; tantum ad initium & finem primas, *inquit, ihs, n. d. mar. &c.* Et *apud* cum his verbis: *Hanc igitur Epistolam Græca literis hinc inde munire decreuimus.* Secundum exemplar, est anni millesimi trecentissimi decimi quinti: cum his ad initium litteris. *ω, υ, α, π, ε, β, ε, υ, ι:* atque ad extremum *α, μ, λ, υ.* Duo rursus alia apud Iuonem, Decreti parte 6. c. 434. & 435. Quorum vnus initium. *In nomine ω Patris & Filij, & Spiritus S.* Ad finem *υ, π, α, π, δ, α, ε, δ, ε, α, μ, λ, υ.* Anni sexti post millesimum quadringentesimum. Alterius finis: *Ego, inquam, in nomine ω Patris & Filij, & Spiritus Sancti & cætera: Dilectam paternitatem vestram virtutum floribus insignitam omnipotens Deus conseruare dignetur α, μ, λ, υ.* D. CCLXXVIII. π, υ, α, π, δ, α, λ, ε. Et est eiusdem anni cum præcedente. Et tamen ad præscriptum ab Attico Canonem hæc exemplaria non quadrant. Nam primo nihil Atticus de voce, *α, μ, λ, υ:* quam nihilominus Iuo vult addi: & quidē in suppurationem venite: Secundo, quarta litera è ciuitatis nomine nulla est. Tertio apud Iuonem summa numerorum non congruit litteris. Apud Gratianum autem, nudæ sunt literæ summa numerorum nulla. Itaque signum potius postremis temporibus docti facile prouentient, quam viliu Nicæne Synodi decretum, aut etiam Attici scriptum. Sic optime Bellarminus has prerogatiuas à fabulis orsus, in fabulam terminauit. Non ei merito triumphus decernitur?

L XVI. Atque ita tandem omnes percurramus à Bellarmino collectas Petri prerogatiuas: quarum nonnullas compertimus esse commentitias: alias incertas: rursus, alias prerogatiuarum nomine non dignas: denique nullas eiusmodi, quæ Oecumenicum Pontificatum inferant. Possumus igitur tandem secure concludere ad præcipuum argumentum, & antecedens non esse certum, & consequentiam esse non legitimam. Nam si singulæ prerogatiuæ non inferunt: ne omnes quidē. Non enim, vt virgulta, cum singula sint fragilia, vnita frangi non possunt: sic argumenta, quæ singula nihil probant, conferta demonstrabunt.

CAP. XX.

De tribus postremis argumentis.

I. Superfunt argumenta tria. Primum: Si non esset Petri quam reliquorum autoritas maior, eum Scriptura nunquam à reliquis seiuingeret. At seiuinxit à reliquis, Marci 16. *Dicite discipulis eius & Petro Act. 2. Stant Petrus cum undecim.* Et quinto: *Petrus & Apostoli.* Ergo Petri maior est autoritas quam reliquorum. Alphonfus l. 12. aduersus hæreses. Bellarminus addit ex prioribus ad Corinth. 9. *Reliqui Apostoli, & fratres Domini & Cephas.* Præterea idem Bellarminus obseruat, Marci 1. *Simon & qui cum eo erant.* Lucæ 8. *Petrus & qui cum illo erant.* Et nono: *Petrus vero & qui cum illo erant.* Quas phrasas comparat cum his, Apocalypsis 12. *Diabolus & Angeli eius: Michael & Angeli eius.* Vt describatur Petrus, quasi paterfamilias, & dux & princeps reliquorum. Addit B. Ignatium Epistolam ad Smyrneses dicere, Christum post resurrectionem ad eos qui circa Petrum erant. Imo & ipse Petrus fere semper loquitur nomine omnium. Matthæi 19. *Eccæ nos reliquimus omnia.* Lucæ 12.

Ad nos dicit hanc parabolam. an ad omnes? Ioannis 6. Domine ad quem ibi-

II. Respondeo; primo ad Alphonsum: Si autoritas sumitur pro digni-

III. Et sunt alia causa. Nam in Marci 16. Theophylactus: ἐπειδὴ ἡ ἐπι-

IV. Sed longe fallitur Bellarminus; qui illos locos ubi nominatur Pe-

V. De Ignatio quid dicam? ὅτι αὐτὸς τὸς ἀδελφοὺς Πέτρον ἠλάσθη.

VI. Quid tum autem, si loquutus est Petrus omnium nomine? Nam

quae ad se solos non pertingunt. Thomas; Ioannis 14. Nescimus quo abeat;

VII. Alterum argumentum: Si Petro multum honoris ceteri detule-

VIII. Respondeo, primum negari consequentiam: neque enim verum

IX. Secundo, Antecedentis probatio est incerta. Non enim habetur

quae ad se solos non pertingunt. Thomas; Ioannis 14. Nescimus quo abeat;

VII. Alterum argumentum: Si Petro multum honoris ceteri detule-

VIII. Respondeo, primum negari consequentiam: neque enim verum

IX. Secundo, Antecedentis probatio est incerta. Non enim habetur

X. Denique hoc quero, qui fieri possit, ut plus sit dignitatis in ingredi-

XI. Superest argumentum postremum, magno fastu, ingentique confi-

XII. Et tamen monstrum est argui eum. Retinamus. Quicquid ex phra-

CAP. XXIII.

De Hilario, & Cypriano.

dicare quam Christus: & non Christus Ioannem, sed Ioannes Christum baptizavit. Non ergo sic iudicatur Deus. Denique prior sequutus est Andreas Saluatore...

IX. Ceterum in hoc dignitatis primatu, illud minime omnium omitteendum, cum sic Petro tribui; tamen non soli, sed vna cum Paulo. Eusebius Emisenus, si quidem is autor est, siue potius Casarius Arrelaten...

X. Superest Cyprianus in Epistola septuagesima prima, quae est ad Quintum. Is, inquit Bellarminus, dicit Petrum noluisse dicere, cum a Paulo reprehenderetur, se habere primatum, & sibi obediendum esse.

XI. Imo, cur abstinuit Iesuita a recitandis Cypriani verbis? Nimirum, quia falsum, sic Cyprianum loqui. Profero locum ad Rom. 1. Nec Petrus, quem primum Dominus elegit, & super quem aedificauit Ecclesiam suam, cum secum Paulus de Circumcisione postmodum disceptaret, vendicauit sibi aliquod insolenter, aut arroganter assumpsit, ut diceret se primatum tenere, & obtemperari a nouellis & posteris sibi potius oportere.

XII. Sed enim primatum quendam Petro, fateor tribui: sed, qui non potestatis sit: imo ne dignitatis quidem. Quid igitur? Saltem temporis, comparate ad Paulum, qui multo post eum, non solum ad Apostolatam, sed etiam ad Christianissimum vocatus esset. Quod patet ex his verbis, se primatum tenere, & obtemperari sibi a nouellis, & posteris oportere: ubi manifeste comparantur nouelli, & posteris, si qui primatum teneat. At illa non possunt, nisi tempus significare: itaque sensus est, magis contentandum videri, ut qui posteriores ad Christum, aut etiam ad Apostolatam venerant, obtemperarent prioribus: quam contra hi illis. Hic vero temporis primatus est ad Petrum.

XIII. Instat Bellarminus tamen, nixus interprete Augustino, qui in hunc ipsum Cypriani locum libro 2. de Baptismo, c. 1. obseruat, in Petro primatum Apostolorum, tam excellenti gratia praeminere. Sed quorsum? Nam primatus Apostolorum, nihil est aliud quam ipsum Apostolicum munus, quod in Petro praemineret: hoc sensu, ut concedantur omnes Apostoli esse primi Christianorum: sed hunc tamen Apostolorum primatum in Petro excellenti quadam gratia praeminere: id est, inter Apostolos, qui primatum obtinerent in omnes Christianos, Petrum illustrem esse.

XIV. Eusebius Caesariensis libro 2. historiae, capit. 14. quod Petrum vocat γενναίον τῆς οὐρανοῦ, ducem, ac magistrum militiae Dei. Quid hoc vero aliud est, inquit Bellarminus triumphans, quasi reperisset, quod se pueri in faba reperisse clamitant? quid hoc ergo est aliud, quam esse caput militantis Ecclesiae? At qui, inquam. Isidorus Pelusiota, Epistola 25. lib. 3. Paulum similiter vocat γενναίον, ἢ ἀριστοκράτην, generosum, & sortissimum militiam ducem: an eundem caput militantis Ecclesiae? Viderit Bellarminus. Interea recolat Eusebij verba, quae ipsa per se sufficiunt, prodendo sophismati, ὅτι οὐκ ἔστι γενναίος, ἢ ἀριστοκράτης, Qui quidem (interprete Christophersono) ut generosus, & strenuus Dei dux. Sed melius Ruffino, a quo Bellarminus sumpsit, Ducem quandam, & magistrum militiae sua. Ergo non absolute, & ἀριστοκράτης, quasi soli sibi id nomen vendicans, sed τῆς οὐρανοῦ, qui est militia dux, scilicet vnus est multis. Eusebius ergo significauit, quod est verum, Petrum fuisse vnum est Dei ducibus militiae: quod nihil ad Pontificatum Occumenicum.

I. Atque hi quidem sunt omnes, quos ad hanc rem Bellarminus locos citat ex Patribus. Roffensis addit Hilarium, & Cyprianum, qui mihi extra ordinem considerandi. Ille igitur asserit, libro sexto de Trinitate Petrum supereminentem beatæ fidei suæ confessione locum promeruisse: Sed hic nihil est difficultatis. Nam iste supereminens locus est Apostolatus ipse, cum promissus per hæc verba, Dabo tibi clauis regni caelorum. Itaque supereminens intelligendus in Ecclesia: non in Apostolis. Nemo autem negat Apostolatam, quæ dum esse longe positum supra reliquos omnes, qui in Ecclesia nominari possunt gradus.

II. Sed Cyprianus libro de Vnitate Ecclesiae docet, vnitatem Ecclesiae ab vnitatem Episcopatus Petri pendere: & Episcopatus eius reliquos in solidum non nisi partem quandam tenere: ipsum denique vnum caput, vnamque originem esse cunctis.

III. At horum nihil est, quod Cyprianus dixerit, Locus est dignus, qui consideretur, vindiceturque a Papistarum sophismatis, Hoc eo sit, fratres dilectissimi, dum ad vniuersam originem non reditur, nec caput quatuor, nec magistri caelestis doctrina seruetur. Et paulo post, Loquitur Dominus ad Petrum: Ego tibi dico, inquit, quia tu es Petrus, & super istam petram aedificabo Ecclesiam meam. Deinde, Super illum vnum aedificat Ecclesiam suam, & illi pascedas mandata oues suas. Et quamuis Apostolo omnibus, post resurrectionem suam potestatem tribuat, & dicat, Sicut misimus pater, & ego mitto vos: accipite spiritum sanctum, sicut remisit, peccata remittentur illi, si cui tenueritis, tenentur: samen, ut vnitatem manifestaret, vnam cathedram, constituit, & vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc vnitatis vnitatis, & ceteri Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio praediti, & honoris, & potestatis sed exordium ab vnitatem proficiscitur. Primatus Petro datur, ut vna Christi Ecclesia, & Cathedra vna monstraretur: & pastores sunt omnes: sed grex vnus ostenditur, qui ab Apostolo omnibus vnanimes consensione pasceatur. Hæc Cyprianus, quæ etiam Pamelius quantum, ostendit contendit de torquere ad Occumenicum Pontificatum.

IV. At Cypriano negotium est contra Nouatianum, qui per singulas vrbes, nouos Episcopos constituens suæ factionis, Ecclesiam scindebat in factiones. Hoc ut nequiter fieri probet, argumentatur ab ipsis Ecclesia imitus, asserens a Christo vnicum esse constitutum Episcopum, non plures: eumque fuisse Petrum: cui postea reliqui additi sunt collegæ paritate honoris, & potestatis. Ex eo vero, quod primum vnus sit factus Episcopus, concludit vnitatem Ecclesiae, tanquam certo indicio. Distinguitur igitur duo tempora: & priori tempore asserit, non quidem vnum Episcopum constitutum fuisse superiorem reliquis in idem Episcopis: sed omnino neminem factum præter vnum: itaque, ut Ecclesiam vnam, sic vnam cathedram fuisse. Altero autem, & sequenti tempore, id est, post resurrectionem, plures esse factos: ac tum non vnum aliquem cæteris præfectum, ne eum quidem, qui ante id tempus erat solus Episcopus, sed omnes æquales: ac proinde hos posteriores factos esse pares illi qui primo erat vnus constitutus.

V. Hæc omnia demonstrantur ex ipsis Cypriani verbis. Primum enim, cum dixisset, super illum vnum aedificasse Christum Ecclesiam suam: Subdidit statim post resurrectionem esse datam reliquis paritatem potestatem. Sunt igitur duo tempora, vnum ante resurrectionem, alterum post eam. Illo, super solum Petrum fundabatur Ecclesia: nempe quomodo super Episcopum potest, qua de re alias diximus. Hoc vero, ad hunc Petrum collegæ ac proinde super plures Ecclesia fundati cœpit: cœpit etiam Petrus esse non amplius vnus, sed vnus est multis.

VI. Secundo, cum dixisset, hoc esse ceteros, quod Petrum, subiecit, Sed exordium ab vnitatem proficiscitur. Exordium autem intelligi nequit, nisi de tempore illo quo Christum putat Cyprianus Ecclesiae politiam inchoasse, constituto solo Petro Episcopo. Exordium igitur Ecclesiae, hoc autore proficiscitur ab vno: hoc est, in Ecclesia exordium, vnus duntaxat constitutus est Episcopus: sed post hoc exordium haud ita: quia hoc facti sunt ceteri, quod erat Petrus pari consortio honoris, & potestatis. Rursus igitur geminum tempus, vnum ipsius exordii, alterum post exordium.

VII. Primatum ergo Petro datum eodem sensu Cyprianus hic dixit, quo cum ad Quintum scripsit, quem locum paulo ante obseruabamus: nempe temporis respectu, quia, ut ibidem dixit, primus est electus: hoc est, non ut esset omnium primus, sed antequam reliqui eligerentur, Primatus, inquit, Petro datur. Quæ verba tamen absunt ab editione Morellii: & à nonnullis censentur esse merum glossema ex margine in contextum temere translatum: quod ego, pæce tantorum vizorum dixi, non possum admittere: non tantum motus consensu codicum: sed maxime, tota contextus serie, in quo nihil est, quod non fluat optime: imo vero quod non esset Cyprianus, si minus dictu necessarium, saltem vtile. Primatus igitur Petro datur: ut vna Christi Ecclesia, & Cathedra vna monstraretur: hoc est, ante reliquos, & prior reliquis factus est Episcopus, & quidem solus, ut significaret Christus Ecclesiam suam vnam esse, in eaque vnam cathedram. Hæc indubitata mens est Cypriani.

VIII. Contra tamen Bellarminus, capite duodecimo libri de Pontificis & negat intelligere Cyprianum prius ordine temporis hæc potestatem datam esse vni Petro, quæ cæteris, ut ita significatur vnitas Ecclesiae: sed cœpisse Ecclesiam in vno Petro, tanquam in fundamento, & capite: ut ex eo quod Ecclesia vnus haberet fundamentum, & caput, vna tantum esse monstraretur. Et probat primo, quia falsum sit temporis ordine prius datam esse Petro, quam cæteris Ecclesiasticam potestatem: quia ei data sit Ioannis 21. & cæteris 20. Deinde, quia paulo post Cyprianus ipse explicans Ecclesiam vnitatem, & qua ratione exordium fieret ab vno Petro, scribit Ecclesiam esse vnam eo modo, quo omnes radii solis dicuntur vnum lumen, quia ab vno sole manant: & multi riuus vna aqua, quia ab vno fonte deriuantur: & multi rami vna arbor, quia ab vna radice omnes pullulant.

